




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Johan. Baptista Pittoni Sacerd. Venet. Tractatus Tres


Pittoni, Giovanni B.


Augustæ Vindel., 1710


[urn:nbn:de:hbz:466:1-62924](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62924)



M. 1 Th. 4803.
#2









JOHAN. BAPTISTA PITTONI,

Sacerd. Venet.

TRACTATUS TRES.

I. Constitutiones Pontificiæ, & Romanarum Congregationum Decisiones ad Confessarios utriusque Cleri spectantes.

II. Universalia sacrorum Rituum Congregationis Decreta Omnibus utriusque Cleri Ecclesiasticis ubique Locorum existentibus perutilia & necessaria.

III. Constitutiones Pontificiæ & Romanarum Congregationum Decisiones ad Parochos utriusque Cleri spectantes.

Juxta Edition. Venet. Prima in Germania.

AUGUSTÆ VINDEL.

Prostat apud DANIEL WALDER,

Bibliopolm.

Oettingæ, Literis ROLCKIANIS,

1710.

Collig. S. I. Paderborn. 1720

Coll. 2.1. Paderborn. 2. 7. 18

SACRAMENTUM
P O E N I T E N T I Æ
ADMINISTRATURIS.

EX totali cujusdam Propositionis
depositione assurgit mei husjusce
Libelli Compositio: cùm enim Ale-
xander Octavus inter alia damnasset:
*Ubi quis invenerit doctrinam in Au-
gustino clarè fundatam, illam potest te-
nere, & docere, non respiciendo ad ullã
Pontificis Bullam,* totus idcirco meus
labor in eo positus fuit, ut Romano-
rum Pontificum Constitutiones hinc
inde apud Auctores dispersas in unum
colligerem, ne Confessarios speciali-
ter (quos in re gravi posset Docto-
rum fallere Opinio) cum maximo
latèrent Animarum detrimento.

Quidquid igitur vel constituerunt
Pontifices ipsi, vel Romanæ decreve-
runt Congregationes eà, qua potui,
diligentià ex pluribus, & quidem
gravioribus Viris fideliter desum-

A 1

ptum

ptum ordine temporis servato, simul
sumptum prælo Patris mei dandum
esse adjudicavi, nec sine prævio Viro-
rum præstantissimorum consilio.

Unum restabat, ut Opusculo (qua-
lecumque sit) Mæcenatem inscribe-
rem, sed cùm ea, quæ collègi, Pon-
tificio sint munita Sigillo, nullo id-
circo indigent Protectore. Vole-
bam libentiùs Summo Pontifici hunc
offerre Libellum, ne Pomum (ut a-
junt) longè ab Arbore caderet, at ni-
mia ejus Majestas excæcavit oculos,
animumque hebetavit.

Vos interim, qui futuri estis Con-
fessarii, vel etiam de præsentì fungi-
mini hujusmodi munere, diligenter
legite quæ de prompti ad faciliorem
Vestram eruditionem, ac pro me sa-
lutem Vobis diuturnam nunciante
eum, à quo bona cuncta procedunt,
precamini, ut possim typis utiliora
tradere, quæ mente concipio.

NOI

NOI REFORMATORI DELLO
STUDIO DI PADOA.

Havendo veduto per la Fede di
Revisione, & approbatione del
P. F. Vincenzo Mazzoleni Inquisitore
nel Libro intitolato: *Constitutiones
Pontificiae, & Romanarum Congrega-
tionum Decisiones ad Confessarios utri-
usque Cleri spectantes*, Jo. Baptista
Pittono Sacerdote Veneto Collectore,
non v'esser cos' alcuna contro la San-
ta Fede Cattolica, e parimente per
Attestato del Segretario Nostro nien-
te contro Prencipi, e buoni Costumi,
concedemo Licenza à *Leonardo Pit-
toni Stampatore*, che possi esser
Stampato, offeruando gl' Ordini in
materia di Stampe, e presentando le
solite copie alle Publiche Librerie di
Venetia, e di Padoa.

Dat. 29 Maggio 1704.

Ferigo Marcello Proc. Reff.

Marin Zorci Refformator.

Agostino Gadaldini Segretario.

A 3.

CON-

CONSTITUTIO

SIXTI QUINTI,

IN QUA ERIGITUR

CONGREGATIO

SACRORUM RITUUM ET COE-
REMONIARUM

JAM verò, cùm Sacri Ritus & Cœ-
remonia, quibus Ecclesia à Spiri-
tu Sancto edocta ex Apostolica tradi-
tione, & disciplina utitur in Sacra-
mentorum administratione, Divinis
Officiis, omnique Dei, & Sancto-
rum veneratione, magnam Christia-
ni Populi eruditionem, veræque Fi-
dei protestationem contineant, re-
rum Sacrarum majestatem commen-
dent, Fidelium mentes ad rerum al-
tissimarum meditationem sustollant,
& Devotionis etiam igne inflam-
ment, cupientes Filiorum Ecclesiæ
pietatem, & Divinum cultum Sacris
Ritibus, & Cœremoniis conservan-
dis, instaurandisque augere.

S. 1. Quinque Cardinales dele-
gimus,

Ogimus, quibus hæc præcipuè cura incumbere debeat, ut veteres Ritus Sacri ubivis locorum, in omnibus Urbis, Orbisque Ecclesiis, etiam in Capella nostra Pontificia, in Missis, Divinis Officiis, Sacramentorum administratione, cæterisque ad Divinum cultum pertinentibus, à quibusvis Personis diligenter observentur, Cœremoniæ si exoleverint restituantur, si depravatæ fuerint reformatur, Libros de Sacris Ritibus, & Cœremoniis, inprimis Pontificale, Rituale, Cœremoniale, prout opus fuerit, reformat, & emendent, Officia Divina de Sanctis Patronis examinent, & Nobis prius consultis, concedant. Diligentem quoque curam adhibeant circa Sanctorum Canonizationem, Festorumque Dierum celebritatem, ut omnia ritè, & rectè, & ex Patrum traditione fiant, & ut Reges & Principes, Eorumque Oratores, aliæque Personæ, etiam Ecclesiasticæ

ca, ad Urbem, Curiamque Roma-
nam venientes, pro Sedis Apосто-
licæ dignitate, ac benignitate ho-
noricè more Majorum excipiantur
cogitationem suscipiant, sedulòque
provideant. Controversias de Præ-
cedentia in Processionibus, aut alibi,
cæterasque in hujusmodi Sacris Riti-
bus, & Coeremoniis incidentes diffi-
cultates cognoscant, summarie ter-
minent, & componant.

Datum Romæ apud S. Petrum An-
no Incarnationis Dominicæ 1587. 11 Kal.
Febr Pontificatus nostri Anno tertio.

*Ex Bullario Cherubini tom 2o.
Constit. 74o.*

NON

NOI REFORMATORI DELLO
STUDIO DI PADOA.

HAuendo veduto per la Fede di
revisione, & approbatione del P.
F. Vincenzo Mazzoleni Inquisitore
nel Libro intitolato: *Universalia Sa-
crorum Rituum Congregationis De-
creta à R. Jo. Baptista Pittono Sacer-
dote Veneto collecta* non v' esser cos'al-
cuna contro la Santa Fede Cattolica, e
parimente per Attestato del Segretario
Nostro, niente contro Prencipi, e buoni
Costumi, concedemo Licenza à *Leonar-
do Pittoni Stampatore*, che possi esser
Stampato, offeruando gl' Ordini in mate-
ria di Stampe, e presentandole solite Co-
pie alle Publiche Librarie di Venetia, e di
Padoa.

Dat. 15. Decembre 1704.

Ferigo Marcello Proc. Reff.
Marin Zorzi Refformator.

Agostino Gadaldini Segretario.

A 57

NOI

NOI REFORMATORI DELLO
STUDIO DI PADOA.

HAvendo veduto per la Fede di
Revisione, & approbatione del
P. F. Vincenzo Mazzoleni Inquisitore
nel Libro intitolato: *Constitutiones
Pontificiae, & Romanarum Congrega-
tionum Decisiones ad Parochus utrius-
que Cleri spectantes*, Jo. Baptista Pit-
tono Sacerdote Veneto Collettore, non
v'esser cos'alcuna contro la Santa Fe-
de Cattolica, e parimente per Atte-
stato del Segretario Nostro, niente
contro Principi, e buoni Costumi,
concedemo licenza à *Leonardo Pitto-
ni Stampatore*, che possi esser stampa-
to, osservando gl' Ordini in materia di
Stampe, e presentando le solite Copie
alle Pubbliche Librerie di Venetia, e di
Padoa.

Dat. 14. Agosto 1705.

Giovanni Lando Kau. Proc. Ref.

Francesco Loredan Kau. Proc. Ref.

Agostino Gadaldini Segretario.

Registrata nel Magistrato Illustriss. & Ec-
cellentiss. della Bestemia.

Adamo Pizzoni Segretario.

LO
e di
del
ore
nes
ga.
ius-
pit-
non
Fe-
te-
nte
mi,
to-
pa-
a di
pie
e di

CONSTITUTIONES ;
AD DECISIONES
EDITÆ.

ANNIS , DIEBUS , & MENSIBUS ,
UT INFRA.

Anni Numeri.

1418. 22. Febr. - **D** Amnati I,
sunt se-

quentes Articuli à Martino Quinto, quorum primus, cæteris omissis: *Si Homo fuerit debite contritus, omnis Confessio exterior est sibi superflua, & inutilis.* Apud Cherub. in Bullar. tom. 1. Constit. 1. quæ incipit *Inter cunctas*, artic. 7. Joannes Wicleff de Anglia.

1418. 22. Febr. - Secundus: 2]

Sacerdotes quomodo libet criminose viventes, Sacerdoti pollunt potestatem, & sic, ut Filii infideles, sentiunt infideliter de Clavibus. Apud eumd.

A 6 ibid.

12 CONSTITUTIONES.

ibid. art. 8. Joannes Husz de Bohemia.

1478. 7. Aug. - Damnatæ sunt 3
sequentes Propositiones Petri de Osma à Sixto Quarto, quarum prima: *Confessio Peccatorum in specie, ex universalis Ecclesiæ realiter statuto, non divino jure est comperta.* Apud Cherub. in Bullar. tom. I. Constit. 17. quæ incipit *Licet*, §. 3. & 6.

1478. 7. Aug. - Secunda: *Pecata mortalia quod culpam, & pœnam alterius sæculi absque Confessione, sed solâ cordis contritione delentur: prava verò cogitationes solâ displicentiâ.* Ibidem.

1478. 7. Aug. - Tertia: *Non peracta pœnitentia, Confitentes non sunt absolvendi.* Ibidem.

1478. 7. Aug. - Quarta: *Sa-* 6
cræ

3.
 cramentum Pœnitentiæ quan-
 tum ad collationem gratiæ, na-
 turæ, non autem institutionis
 novi, aut veteris Testamenti ex-
 istit. Ibidem.

4.
 1516: 19. Dec. - Confessores 7.
 Regulares nullo modo possunt
 absolvere Laicos, & Clericos
 Seculares à sententiis ab Ho-
 mine latis. Leo X. apud Che-
 rub. in Bullar. tom. 1. Constit.
 22. quæ incipit. Dum intra,
 §. 7.

5.
 1516: 19. Dec. - Confessarii 8.
 Regulares ad audiendas con-
 fessiones Sæcularium appro-
 bati, tenentur hortari Pœni-
 tentes ad Decimarum solutio-
 nem, ubi viget consuetudo,
 & illas solvere recusantibus
 absolutionem denegare. Idem
 apud eumd. ibid. §. 16.

6.
 1519: 12. Mart. - - Licentia 9.
 au di en di - C o n f e s s i o n e s
 A 77 data

14 CONSTITUTIONES.

data ad beneplacitum potest
revocari. *Congreg. Episcoporum.*
apud Gavan. in Man. ver. Con-
fess. num. 13.

1520. 15. Jun. • Damnati sunt 10.
sequentes Errores Martini Lu-
thèri à Leone Decimo quo-
rum primus, cæteris omiſſis:
Tres esse partes Pœnitentiæ,
Contritionem, Confessionem, &
Satisfactionem, non est funda-
tum in Sacra Scriptura, neque
in antiquis Sanctis Christianis
Doctõribus. Apud Cherub. in
Bullar. tom. 1. Constit. 40.
quæ incipit Exurgo Domine,
num. 5.

1520. 15. Jun. • Secundus: 11.
Nullo modo præsumas confiteri
Peccata venialia, sed omnia
mortalia, quia impossibile est,
ut omnia mortalia cognoscas,
unde in primitivâ Ecclesia so-
lùm manifesta mortalia confi-
teban-

tebantur. Ibidem num 8.

1510. 15. Jun. - Tertius: Dum 120

volumus omnia purè confiteri,
nihil aliud facimus, quam quod
misericordiae Dei nihil volu-
mus relinquere ignoscendum.
Ibid. num. 9.

1520. 15. Jun. - Quartus: Pec- 130

cata non sunt ulli remissa, nisi,
remittente Sacerdote, credat
sibi remitti: imo peccatum ma-
neret, nisi remissum crederet:
non enim sufficit remissio pec-
cati, & gratiae donatio, sed o-
portet etiam credere esse remis-
sum. Ibid. num. 10.

1520. 15. Jun. - Quintus: 140

Nullo modo confidas absolvi
propter tuam contritionem, sed
propter verbum Christi. Quod-
cunque solveris, &c. Hic in-
quam, confide, si Sacerdotis
obtinueris absolutionem, &
crede fortiter te absolutum, &
verè

163

CONSTITUTIONES,

verè absolutus eris, quidquid sit
de contritione. Ibid. num. 11.

1520. 15. Jun. - Sextus: Si
per impossibile Confessus non
esset contritus, aut Sacerdos
non serio, sed loco absolveret,
si tamen credat se absolutum,
verissimè est absolutus. Ibid.
num. 12.

1520. 15. Jun. - Septimus: In
Sacramento Pœnitentiæ, ac re-
missione culpæ non plus facit
Papa, aut Episcopus, quàm in-
fimus Sacerdos: imo ubi non
est Sacerdos, æquè tantum qui-
libet Christianus, etiamsi Mu-
lier, aut Puer esset. Ibid. num.
13.

1520. 15. Jun. - Octavius:
Nullus debet Sacerdoti respon-
dere, se esse contritum, nec sa-
cerdos requirere. Ibid. num.
14.

1562. 2. Dec. - Qui sollicita-
verit.

verit ad turpia in Confessione, vel ante, vel post eam, per quamcunque gratiam factam, vel faciendam, non potest restitui, ut valeat Confessiones Sæcularium audire. *Congreg. Inquisit. apud Gavant. in Manver. Confess. in addit. n. 4.*
 ¶ Et hoc ad robur Constitutionis editæ à Pio Quarto 1561. 16. Apr. à nobis inferius citandæ num. 140.

1562. 29. Jan. " Census creari debet super re immobili, fructifera, & certis finibus designata, vel etiam in pecuniis numerata coram Notario, & Testibus in actu Instrumenti, sine ulla conventionem de Casu fortuito. *Pius Quintus apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 70. quæ incipit. Cùm onus, ubi plura alia habentur quoad Censum.*

1570.

1570. 2. Jan. - Annullantur, & irritantur non solum Hispanorum, sed quorumcunque Ordinariorum Litteræ, quibus deprehenditur, quod cuicumque illas accipienti certâ solutâ pecuniâ licitum sit, quem voluerit sibi sumere Sacerdotem, qui Confessione audita ipsum absolvere valeat etiam à Casibus Episcopo reservatis. *Pius Quintus apud Cherub. in Bullar. tom 2. Constitut. 99. quæ incipit Quam plenum.*

1571. 22. Aug. • Decretum Concilii Tridentini Sess. 23. cap. 15. de approbatione Regularium ab Episcopis faciendâ quoad audiendas Sæcularium Confessiones, observandum est in omnibus Regularibus quorumcunque Ordinum, etiamsi sint Doctores, Theo.

20

T

M

P

ri

bu

Q

la

in

1572

A

ti

ni

ac

R

Ep

ve

1570

ci

D

C

di

G

Ju

1570

20 Theologi, Graduati, vel a suis
Magistris Generalibus, vel
Provincialibus Ministris fue-
rint Sæcularium Confessioni-
bus audiendis expositi. *Pius*
Quintus apud Cherub. in Bul-
lar. tom. 2. Constit. 133. quæ
incipit Romani, §. 2.

1572. 3. Aug. - Pro Litteris 22.
Absolutionum, & Dispensa-
tionum in foro Conscientiæ
nihil omnino à quocumque
accipi potest, quemadmodum
Romæ observatur. *Congreg.*
Episcop. apud Nicol. in Flosc.
ver. Gratias num. XII.

1576. 10. Maji. - Cum suffi- 23.
ciat communicare in ultima
Dominica Jubilæi, poterit
Confessarius absolvere in præ-
dicta Dominica à reservatis.
Gregor. XIII. apud Nicol. ver.
Jubilæum num. III.

1576. 22. Sept. - Confessores 24.
in

in vim Privilegiorum Crucia-
tæ Sanctæ eligendi, neminem
ab incurſu, & lapſu in Hære-
ſim abſolvere poſſint. *Grego-
rius XIII. apud Cherub. in Bul-
lar. tom. 2. Constitut. 37. quæ
incipit Officii noſtri §. 2.*

1581. 16. Mart. - Non poteſt
Concilium Provinciale dare
facultatem Pœnitenti ſubdito
Episcopi Suffraganei eligendi
Confefſarium non approba-
tum ab ipſo ſuffraganeo. *Con-
greg. Episc. apud Quaran. in
ſumma Bullar. ver. Concil.
Provinc. num. 13.*

1581. 26. Apr. - Valet appro-
batio Confefſariorum etiam
pro Sæcularibus tam ſubditis,
quàm confluentibus facta ab
Abbate proprium, & ſepara-
tum territorium, ac Jurisdi-
ctionem quaſi Episcopalem
habente. *Congreg. Episc. apud
Nicol.*

*Nicol. in Flosc. ver. Abbas ,
num. 8.*

1581. 8. Nov. - Regulares ad 27.
audiendas Confessiones ap-
probati, non sunt cogendi ad
emendam cartam, seu tabel-
lam Casuum reservatorum.

2 *Ead. apud eund. ver. Casus
reserv. num. 18.*

1582. 26. Jun. - Confessarius 28.
ex ignorantia, vel levitate si-
gillum frangens, privetur in
perpetuum facultate audiendi
Confessiones, & suspendatur
ad tempus à Divinis. *Ead. a-
pud eund. ver. Confess. num.
19.*

1582. 5. Jul. - Prælatus Epi- 29.
scopo inferior, habens juris-
dictionem quasi Episcopalem,
potest sibi reservare aliquot
Casus, dummodo nulli ipse
subsit Episcopo, nec ejus sub-
diti. *Ead. apud eund. ver. Ca-
sus*

sus reserv. num. 5. †

1582. 1. Dec. - Episcopus extra
suam Diocesim existens non
potest sibi in Confessarium e-
ligere Sacerdotem non subdi-
tum, & à proprio Ordinario
non approbatum, Gregor.
XIII. apud Nicol. in Flosc. ver.
Episcopus num. 6. §. ver.
Parochus num. 22. † *secunda*
¶ Vide infra num. 104.

1583. 13. Sept. - Si spectet ad
Confessarium novam vestire
Monialem, ne idcirco ingre-
diatur Monasterium. *Congreg.*
Episcop. apud Gauant. in man.
ver. Monial. receptio, num.
34.

1583. 13. Sept. - Monialium
Confessarius non potest in-
gredi clausuram, ut comitetur
Medicos, aut Operarios: ne-
que ut audiat confessionem
illius infirmæ, quæ potest ac-
cede

cedere ad Sedem Confessionalem. *Ead. apud eumd. ver. Monial. claus. num. 38. & 39. § Vide infra n. 73.*

§ 83. 13. Sept. - Si Monialium Confessarius ingrediatur Monasterium ad audiendam Confessionem Monialis infirmæ, cellæ janua remaneat aperta, & ambæ Comitatrices ad ejusdem cellæ januam morentur, ita ut Confessarius ac eisdem commode cerni possit. *Congr. Episc. apud Barbosam. in Collect. ver. Confess. Monial. § 4. citatum à Pellizzar. de Monial. cap. 10. sect. 3. subsect. 1. num. 174.*

33

§ 83. 13. Sept. - Confessarius Monialium non potest clausuram ingredi prætextu sepe- liendæ Monialis, aut officium funerale peragendi, *Congreg. Episc.*

34

Episc. apud Ascan. Tamburin. de jure Abbatiss. Disput 24. ques. 5. num. 2. ubi citatur Gauant. in Man. ver. Monial. claus. num. 40.

1584. 2. Oct. - Pœnitentiarius non potest alius substituere in audiendis Confessionibus. *Congreg. Episc. apud Gauant. in Man. ver. Pœnitentiarius. num. 20.*

1585. 23. Maji - Parochus approbatus per concursum censetur idoneus ad audiendas Confessiones, etiam extra suam Parochiam, sed in ea tantum Civitate, vel Loco, ubi sita est Parochialis, non autem passim per totam Diœcesim. *Congreg. Episc. apud Nicol. in Flojc. ver. Parochus n. 7.*

1586. 18. Mar. • Non videtur bonum præcipere Confessariis, ut cogant Pœnitentes recitare

tare in principio Confessionis
*Pater noster, Ave Maria, Cre-
 do, & decem Præcepta*, nam si-
 ne necessitate non sunt impo-
 nenda onera duriora. *Ead. a-
 pud eumd. ver. Confessar. num.
 17.*

1586. 18. Mar. - Fides, sive 38.
 Scheda Confessionis etiam
 sanis dari debet, ubi solitum
 est. *Ead. apud eumd. ibid. num.
 28.*

1586. 13. Aug. - Confessarii 39.
 Regulares ab Episcopo non
 approbati non possunt illorum
 Confessiones audire, qui servi-
 unt in suis Monasteriis. *Ead.
 apud eumd. ibid. num. 3. † & re-
 fert Peyrin de Privileg Regu-
 lar. tom. 1. circa Const. 1. Julii
 II. §. 15. n. 12. ¶ Hoc autem
 Decretum confirmatur ex in-
 ferius dicendis num. 223.*

1586. 21. Oct. - Societates cum 40.
 B capi-

capitali salvo sunt usurariæ, etiam in casu fortuito. *Sixtus V. apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 45. quæ incipit Detestabilis.*

1587. 9. Apr. - Regularium superiores non possunt absolvere Subditos suos ab Excommunicatione, in quam inciderunt ex accessu ad Monialium Monasteria sine licentia Episcopi sibi huiusmodi absolutionem reservantis, nisi Regulares sint ita Privilegiati, ut non possint excommunicari. *Congr. Episc. apud Suarez tom. 4. de Relig. tract. 1. lib. 1. cap. 10. num. 27. quem citat. Peyrin. de Priu. Regul. tom. 2. circa Constit. 6. Pii V. §. 10. num. 37.*
1587. 21. Apr. • Pœnitentiarius tenetur integras audire Confessiones, non autem solos Casus reservatos, *Congreg. Conc. apud*

*apud Gavant. in Man. ver. Pæ-
nitentiarius, num. 23.*

1588. 8. Nov. - Parochus Sæcu- 43.
laris audiens Confessiones
tenetur deferre superpellice-
um, & stolam. *Congreg. Episc.
apud eumd. ver. Parochor.
mun. in addit. num. 3. ¶ Vide
infra, num. 60.*

1588. 15. Nov. - Pacem cum alio 44.
facere nemo compellatur, cum
sufficiat in foro Conscientiæ
injuriam remittere. *Congr. E-
pisc. apud Nicol. in Flosc. ver.
Pax, num. 2.*

1591. 31. Maij - Quilibet Con- 45.
fessarius sive Sæcularis, sive Re-
gularis, obtenta ab Ordinario
speciali facultate, potest absol-
vere à peccato, & ab excom-
municatione incurfa ex Abortu,
licet antea Sixtus Quintus
1588. 28. Novembris Sedi A-
postolicæ hunc reservaverit.

B 2 Casum.

Casum Gregor. XIV. apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 8. quæ incipit Sedes Apostolica.

1591. 4. Sept. - Pœnitentiarius, dum in Ecclesia sua Confessiones audit, non solum lucratur distributiones, quæ dantur interessentibus in Choro, sed etiam quæ dantur præsentibus, & comitantibus Processiones, ac Exequias Mortuorum, quæ fiunt eo tempore, quo ipse audit Confessiones in Ecclesia, Congr. Episc. apud Garziam de Benef. 5. p. cap. 4. num. 125. relatum à Bonac. tom. 1. de Hor. Can. disp. 2. quæst. 5. pun. 3. §. 5. num. 3.

1593. 10. Febr. - Reprobatur Edictum Episcopi prohibens, ne Confessarius possit Monasterium ingredi de nocte pro quolibet casu, absque licentia speciali. Congreg. Episc. apud Nicol.

Nicol. in Flosc. ver. Clausura,
num. 35.

1593. 15. Febr. - Confessarius
Monialium extraordinarius 48.
deputandus est in communi,
non verò in particulari, pro
hac, vel illa Moniali. *Congr. E-*
pisc. apud Ascan. Tamburin.
disp. 16. de jure Abbatiss. ques.
1. num. 6. Refert etiam Ga-
vant. in Man. ver. Monial. cura
spirit. num. 12.

1593. 10. Mar. - Confessarii Re- 49.
gulares exempti sunt à Mona-
sterii, & Religionis oneribus
pro eo tempore dumtaxat,
quo Confessiones excipiunt.
Congr. Episc. apud præf. Tam-
bur. loc. cit. num. 4.

1593. 16. Mar. - Theologo le- 50.
gente Casus Conscientiæ, pos-
sunt cogi Presbyteri ad eum
audiendum. *Congr. Episc. apud*
Gavan. in Man. Th. Præb. n. 16.

B 3

1593.

1593. 29. Mar. - Placet prohibitio, ne Confessiones extra Ecclesiam audiantur eorum, qui non sunt infirmi; sed aliquando ex rationabili causa dispensari debet. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Confessar. num. 24.*

1593. 21. Apr. - Monialium Confessarius debet tenere clavem illius Cratis, quæ est in Ecclesia, & aperire eam solum occasione Concionis, vel alterius necessitatis non absimilis. *Ead. apud eund. ver. Crates, num. 1.*

1593. 26. Maji - Regularium Superiores non possunt sibi reservare, nisi omnes, & solos, vel aliquot exsequentibus undecim Casibus, quorum I. Veneficia, Incantationes, Sortilegia: II. Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eò pervenerit, ut
extra

extra septa Monasterii, seu
Conventus fiat egressio: III.
Nocturna, & furtiva è Mona-
sterio, seu conventu egressio,
etiam non animo apostandi
facta: IV. Proprietas contra
votum Paupertatis, quæ sit
peccatum mortale: V. Jura-
mentum falsum in iudicio re-
gulari, seu legitimo: VI. Pro-
curatio, auxilium, seu consili-
um ad Abortum faciendum
post animatum factum, etiam
effectu non secuto: VII. Fal-
sificatio manus, aut sigilli Offi-
cialium Monasterii, aut Con-
ventus: VIII. Furtum de re-
bus Monasterii, seu Conven-
tus in ea quantitate, quæ sit
peccatum mortale: IX. La-
psus Carnis voluntarius opere
consumatus: X. Occisio, aut
vulneratio, seu gravis percus-
sio cujusque Personæ: XI. Ma-

B 4 litio-

litiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio Litterarum à Superioribus ad Inferiores, & ab Inferioribus ad Superiores. *Clemens VIII. apud Cherub. in Bullar. tom. 4. post Constit. 28. Urbani VIII. relatus etiam à Quaran. in Sum. Bull. ver. Casus reserv. nec non à Peyrin. de Privileg. Regul. tom. 2. post Constit. 10. Urban. VIII. §. 61. Vide infra num. 119. & 164.*

1593. 26. Maji • Si quod aliud præterea Peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro Conscientiæ puritate reservandum fuerit, id non aliter fiat quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia maturà discussione, & consensu. *Idem apud eosd. ibid. Vide supra num. 41. & infra num. 72.*

1593.

1593. 26. Maji - Non liceat Regularium Superioribus Confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. *Idem apud eosd. ibid.* 55.

1593. 26. Maji - Regularium Superiores in singulis Dominicis deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, quæ non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse imprimis Confessarius judicaverit. *Idem apud eosd. ib.* 56.
Vide infra num. 72.

1593. 26. Maji - Tam Regularium 57.
B 5 um

um Superiores, quàm Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne eà notitià, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerūt, ad exteriorem gubernationem utantur. *Idem apud eosd. ibid. Et refert Bonac. tom. 1. de Sacram. Pœnit. disp. 5. quæst. 6. pun. 4. num. 8. nec non disp. 16 quæst. 9. n. 1. in fin.*

1593. 26. Maji - Licebit Regularium Superioribus determinare pœnitentias graves quibusdam peccatis etiam non reservatis à Confessariis imponendas, quæ subditos ab hujusmodi patrandis cohibere possint. *Idem apud eosd. ibid.*

1593. 23. Aug. - Approbatio Confessariorum potest inquiri ab Episcopo in ejus prima Visitatione, non autem in aliis
pub

Visitation. Cong. Ep apud Gav.
in Man. ver. Visit. Episc. n. 37.

1594. 10. Jan. - Potest fieri De- 60.
cretum, sed sine adiectione
pœnarum, ut Confessarii Sæ-
culares adhibeant Coctam, &
Stolam: Regulares verò sal-
tem Stolam. Ead. Congr. apud
Nicol. in Flosc. ver. Confessar.
num. 18. Vide supra n. 43. &
infra num. 178.

1594. 9. Aug. - Confessarii Sæ- 61.
culares possunt cogi, ut inter-
sint lectioni de Casibus Con-
scientiæ. Congr. Episc. apud
Gavant. in Man. ver. Clerici
Convent. num. 3.

1595. 16. Febr. - Qui tempore 62.
Paschatis confitetur Pœniten-
tario, satisfacit præcepto.
Congreg. Conc. apud eumd. ver.
Pœnitentiarius, num. 35.

1595. 31. Aug. - Presbyteri Græ- 63.
ci Catholici possunt in casu

B 6 ne

necessitatis Latinos absolvere,
adhibendo formam Absolutio-
nis in Generali Concilio Flo-
rentino præscriptam. *Clemens
VIII. apud Cherub. in Bullar,
tom. 3. Constit. 34. quæ incipit
Sanctissimus, §. 3.*

1595. 31. Aug. - Tollendus ab-
usus, ubi est, ut Vir Græcus, at-
que Uxor simul & eodem
tempore eidem Presbytero
confiteantur. *Idem apud eumd.
ibid.*

1596. 13. Sept. - Monialium
Confessarius non potest in-
gredi Monasterium ad asper-
gendas Cellas in Sabbato San-
cto, neque alia die. *Congr. E-
pisc. apud Gauan. in Man ver.
Monial. claus. num. 37. & hoc
antea decreverat Congr Conc.*

1593. 13. Sept. apud Lantusc.
*in Theat. Regul. ver. Clausura
Monial. num. 3.*

1597. 3. Febr. - Vicarius non potest esse Confessarius Monialium. Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Confessarius, num. 33. ubi alia citatur precedens Decisio. 66.

1597. 13. Maii - Ordinarius non potest prohibere Confessariis, ne audiant Confessiones eorum, qui per viam Iustitiæ prosequuntur vindictam injuriæ sibi illatæ. Congreg. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Pœnitentia, num. 1. 67.

1601. 2. Jan. - Monialium Confessarius non potest clausuram ingredi ad Missam celebrandam, non obstante qualibet contraria consuetudine. Ead. apud eumd. ver. Clautura, num. 38. 69.

1601. 9. Jan. - Simplex Confessarius sive Sæcularis, sive Regularis absolvens à Casibus Bullæ 70.

Bullæ

Bullæ Cœnæ, Papalibus, vel Ordinario reservatis incurrit excommunicationem Papæ reservatam. *Clemens VIII. apud Cabrin. de Casib. reservat. in initio Operis ¶ Vide infra num. 80.*

1601. 12. Jan. • Regulariter non sunt cogendi Canonici ad audiendas Confessiones, nisi habeant curam Animarum perturnum, vel suæ Præbendæ annexam, & excepto Pœnitentiario. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Canonicus, n. 28.*

1601. 13. Mar. • Regularium Superiores, etiam Delegati, requisiti à Confessariis, promptè facultatem concedant absolvendi Subditos à sibi reservatis, alioquin Confessarius possit absolvere ab illo Casu sine facultate. *Congr. Visit. Apost. de mand. Clementis VIII. apud Mat.*

Matthæus. in Offic. Cur. Regul.
tom. I. cap. 23. n. 57. §. Vide su-
pra num. 56.

1601. 18. Sept. - In principalibus 73.

Anni solemnitatibus potest
 Monialium Confessarius Mo-
 nasterium ingredi ad mini-
 stranda Confessionis, & Com-
 munionis Sacramenta illis
 Monialibus, quæ sint ita infir-
 mæ, ut neque per se, neque
 cum aliarum auxilio possint
 ad Confessionarium, & Fene-
 stellam accedere, vel sint mu-
 ratæ. *Ead. apud eumd. Nicol.*
ver. Clausura, num. 33. §. Vide
supra num. 32.

1601. 15. Oct. - Liberum sint 74.

Presbyteris confiteri cui vo-
 luerint, etiam Regulari ex ap-
 probatis. *Congr. Episc. apud Ga-*
vant. in Man. ver. Clericus, n.
49. § refert. Nicol. in Flosc.
ver. Confessar, num. 9. ubi
 plures

plures citantur Decisiones, etiam posteriores.

1602. 3. Febr. - Capuccini Ordinis Minorum S. Francisci à Generali, & Definitoribus de Capitulo Generali in Capitulum Generale deputati, & ad Confessiones audiendas approbati, valent Sæcularium utriusque Sexus Confessiones audire. *Clemens. VIII. apud Cherub. in Bullar. tom. 3. Constit. 82. quæ incipit Alias §. 2.*

1602. 12. Mar. - Confessarii examinati, & simpliciter approbati, non sunt iterum examinandi, nisi ab Episcopo successore. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Examen, num. 9. ubi plures citantur præcedentes Decisiones. §. Vide infra pro Regularibus, num 228.*

1602. 20. Jun. - Non licet per litteras, seu internuncium.

Con.

Confessario absenti peccata
Sacramentaliter confiteri, &
ab eodem absente absolutio-
nem obtinere. *Congr. Inquis.*
coram Clem. VIII. apud Quar.
in Sum. Bullar. ver. Confessio
Sacrament.

1602. 26. Nov. - Confessarii in 78.

Italia sive Sæculares, sive Re-
gulares Privilegia habentes à
Sede Apostolica absolvendi à
Casibus, & Censuris reserva-
tis, non tamen vigore hujus-
modi Privilegiorum possunt
absolvere à Casibus contentis
in Bulla, quæ in die Cœnæ Do-
mini legi solet. *Congr. Episc. de*
Mand. Clem. VIII. apud eumd.
ver. Casus reserv. num. 13.
§. Vide infran. 153.

1602. 26. Nov. - Neque possunt 79.

absolvere prædicti Privilegiati
in Casibus violationis Immu-
nitatis Ecclesiasticæ in termi-
nis

nis

nis Constitutionis Gregorii
Decimiquarti: neque viola-
tionis clausuræ Monialium ad
malum finem: neque Provo-
cantium, & Pugnantium in
Duello juxta Concilium Tri-
dentinum, & Constitutionem
Gregorii Decimitertii. *Ead. a-
pud eumd. ibid.*

1602. 26. Nov. - Neque in Ca-
sibus Injicientium violentas
manus in Clericos juxta caput
Si quis suadente, & Juris dispo-
sitionem; Neque simoniæ rea-
lis scienter contractæ: Neque
Confidentia Beneficialis: ne-
que demum in Casibus, quos
Locorum Ordinarii hæctenus
reservarunt, vel in posterum
reservabunt *Ead. apud eumd.
ibid. §. Vide infra num. 96. &
153.*

1602. 26. Nov. - In aliis Casibus
extra supradictos possunt qui
ha-

habent Privilegia absolvere,
dummodo ea Privilegia ante
Decretum fuerint usu recepta,
vel non revocata. *Ead. apud
eumd. ibid.*

1602. 26. Nov. - Sibi reservent 82.

Episcopi paucos Casus, eos-
que maximè necessarios, atro-
ciores, & graviores. *Ead. apud
eumd. ibid.*

1602. 26. Nov. - Non tamen sibi 83.

superfluè reservent Casus Bul-
læ Coenæ, neque specialiter
Papæ reservatos. *Ead. apud e-
umd. ibid.*

1602. 26. Nov. - Licentia absol- 84.

vendi à Casibus Episcopo re-
servatis, quæ in scriptis tan-
tùm danda erat, etiam viva
voce potest concedi. *Ead. apud
eumd. ibid.*

1603 7. Jan. - In Sepultura Mo- 85.

nialium nullum jus competit
Parocho, sed tantùm earum
Con-

Confessario. *Congr. Episc. apud Gavant. in Man. ver. Monial. cura spirit. num. 31.*

1603. 26. Jan. - Monialium Procurator, vel Syndicus non debet habere licentiam ingrediendi clausuram, neque cum Confessario ingrediente ad Sacramenta ministranda. *Cong. ead. apud Nicol. in Flosc. ver. Clausura, num. 20.*

1603. 28. Nov. - Debet fieri lectio, & conferentia Casuum Conscientiæ ab omnibus Confessariis Sæcularibus semel ad minus in Mense, sed non intervenientibus non est imponenda pœna pecuniaria nimis exorbitans, veluti sex Ducatorum, neque absentes non denunciatis Suspensio ipso facto incurrenda. *Ead. apud eumd. ver. Casus Conscien. num. 3.*

1604.

1604. 12. Jan. - Clavis Fenestellæ pro Communionem Monialium perpetuò sit apud earum Confessarium. *Congr. Episc. apud Gavant. in Man. ver. Monial. Eccles. num. 7.* 88.

1604. 12. Jan. - Regulares compelli non possunt ad audiendas Confessiones extra suas Ecclesias. *Ead. apud Nicol. in Flosc. ver. Regularis. num. 37.* 89.

1604. 17. Maji - Non potest Episcopus cogere Clericos suos, ut sibi confiteantur. *Ead. apud eumd. ver. Confessar. num. 9.* 90.

1604. 17. Maji - Ordinarius non potest prohibere Confessariis ne audiant Confessiones eorum, qui habent querelas in Curia Episcopali antequam eas cessari curent. *Ead. apud eumd. ibid. num. 10.* 91.

1604. 9. Aug. - Fenestella Communionis deservire non potest pro 92.

pro

pro Monialium Confessionario, neque per modum provisionis. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Fenestræ, num. 5.*

1604. 26. Oct. - Accessus ad Moniales sine licentia in scriptis, non debet esse Casus reservatus: Quod si experimento comperiat, frequentiam exinde nimium excrecere, poterit Episcopus facere Casum reservatum Accessum Virorum annos quatuordecim exsuperantium sine licentia. *Ead. apud eumd. ver. Casus reserv. num. 3.*

1604. 22. Nov. - Licet habitatio Confessarii Monialium debeat esse vicina, non tamen sit conjuncta, seu contigua Monasterio, sed ab eo disjuncta, non solum per parietes, sed etiam per tecta. *Ead. apud eumd. ver. Confessar. num. 34. ubi plu.*

plures notantur precedentes
Decisiones. §. Hoc denique fir-
matur ex inferius dicendis,
num. 202.

1604. 7. Dec. • Confessarii Con-
fraternitarum approbentur ab
Ordinario, & si fuerint Regu-
lares, etiam ab eorum Prælati-
& absolvere possint Confra-
tres juxta Privilegia Confra-
ternitatum, quatenus sint in
usu, & non adversentur Con-
cilio Tridentino, neque Pon-
tificiis Constitutionibus. Cle-
mens VIII. apud Cherub. in Bul-
lar. tom. 3. Constit. 115. quæ in-
cipit Quæcumque, §. 9. §. Vi-
de infra num. 108.

95.

1604. 7. Dec. • Prædicti Confra-
ternitatum Confessarii non
possint absolvere Confratres
à Casibus Bullæ Cœnæ, nec à
reservatis Papæ, vel Ordina-
rio, neque ab excommunica-
tione

96.

tione ab Homine lata, neque possint dispensare in Irregularitate. *Idem apud eumd. ibid.*

1605. 29. Nov. - Confessariis Monialium certa annua merces constitui debet, quæ juxta morem, & qualitatem Regionis victui illis sufficiat, eademque merces Monasterio, in quo degit idem Confessarius, si fuerit Regularis, persolvatur. *Congr. Episc. apud Barbos. in Collect. ver. Confess. §. 11. relatum à Pellizzar. de Monial. cap. 10. sect. 3. subsect. 1. num. 176. & hoc decrevit ead. Congr. eod. anno 22. Aug. cum expressa prohibitione, quod non sit subministrandus dietim victus Monialium Confessario, sed quædam pecuniæ Summa quotannis constituenda. apud Gavan. in Man. ver. Monial. cura spirit. num. 28.*

1605.

1605. 29. Nov. . Monialium 98.

Confessarius nil spontè oblatum à Monialibus, aut donatum recipiat, sed solà contentus sit constitutà pecuniæ summà , quæ quotannis illi datur, propositis aliter pœnis, non tamen censuris. *Ead. apud Gauant. loc. cit. num. 29.*

1605. 1. Jul. Regulares ad 99.

Monialium Monasteria accedentes sine licentia, ultra pœnas privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, incurrunt etiam pœnam peccati mortalis. *Congr. Episc. apud Peyrin. de Privil Regul. tom. 2. circa Constitut. 6. Pii V. §. 10. num. 36. Et refert etiam Ascan. Tamburin. de jure Abbatum tom. 2. disp. 25. ques. 5. num. 1. Hoc autem etiam firmavit, eadem Congr. 1672. apud Matthæuc. in Offic.*

C

Cur.

*Cur. Regul. tom. 1. cap. 5. nu.
12. ubi nulla excipitur ratio-
nabilis causa sine licentia. Vi-
de infra, num. 122. 196. &
219.*

1606. 1. Jul. - Si Monialis exor-
cizanda fuerit à Confessario,
habitâ licentiâ à Sede Apосто-
lica, exorcizetur in Ecclesia
exteriori, clausis januis, præ-
sentibus sceminis honestis
Consaguineis, vel aliis prove-
ctæ ætatis, neque aliò diver-
tatur. *Ead. apud Gavan, in
Man. ver. Monial, cura spiri-
tum. 30.*

1607. 25. Febr. - Pœnitentiari-
us approbatus, & in possessio-
nem immissus à Delegato A-
postolico, eò quod Vicarium
& Tribunal Ordinarii suspen-
ctum haberet, potest audire
Confessiones absque alia li-
centia ipsius Ordinarii. *Cong.
Episc.*

Episc. apud Nicol. in Flosc.
ver. Pœnitentia, num. 4. †

1607. 7. Jul. - Sacerdotes Regu- 102.
 lares possunt absque Episco-
 pi approbatione audire Con-
 fessiones Sæcularium, qui sunt
 de Regularium familia, & eo-
 rum continui commensales,
 nec tenentur reddere ratio-
 nem proprio Parocho, quod
 præcepto Ecclesiæ satisfecerint,
 sed tamen Superiori Re-
 gularium. *Congr. Conc. apud.*
eumd. ver. Confessar. num. 3.
 † Vide infra, num. 223.

1609. 9. Mar. - Confessarius 103.
 Monialium, etiam Regularis,
 non indiget speciali licentia
 ad ingrediendum Monasteri-
 um pro necessitatibus sui Of-
 ficii, modò per Monasterium
 ipsum non vagetur, sed exple-
 to ministerio, statim exeat.
Congr. Episc. apud, ver. Clau-
sura, num. 32. 1609.

1609. 3. Oct. - Episcopus extra- 104.
 tra Diocesim existens non
 potest confiteri neque Regu-
 lari, qui non sit ab Ordinario
 loci approbatus. *Ead. apud*
eumd. ver. Parochus, num. 22.
 † *secunda, in fine.* Vide supra
 num. 30.

1610. 8. Maji - Confessarii extra- 105.
 ordinarii ab Episcopo appro-
 bati, sive sint Regulares, sive
 Sæculares, nullo pacto possunt
 Confessiones audire extra
 Diocesim Episcopi approban-
 tis, quamvis Confitentes sint
 eidem Episcopo subjecti. *Con-*
greg. Conc. apud Nicol. in Flosc.
ver. Confessar. num. 23. Vi-
 de infra num. 152. & 220.

1610. 25. Jun. - Qui dubius est 106.
 de facultate sibi concessa quo-
 ad audiendas Confessiones,
 curare debet, ut ij, quibus im-
 pertitus est absolutionem, ite-
 rent

104. rent suas Confessiones: & in posterum abstinere ab audiendis Confessionibus absque nova Episcopi licentia. *Congr. Epis. apud eumd. ibid. num. 3. in fine.*

105. 1611. 15. Jul. - Pœnitentiarius non potest esse Generalis Episcopi Vicarius, ne suspicionem ingerat, quod in administratione Justitiæ utatur scientia Confessionis: nisi tantæ apud omnes esset opinionis, ut excluderetur hujusmodi suspicio. *Ead. apud eumd. ver. Vicar. General. n. 38.* 107.

106. 1612. 14. Jan. - Capellani Confraternitatum non possunt Confessiones audire in suis Ecclesiis sine licentia Ordinarii, & Parochi. *Congr. Rit. apud Gavan. in Manual. ver. Confraternit. in addit. num. 3. Vide supra num. 95.* 108.

C 3

1614.

1614. 14. Mar. - Saltare, & cho- 109.
rèas ducere in Quadragesima,
non debet esse Casus reserva-
tus. *Congr. Episc. apud Nicol.*
in Flosc. ver. Casus reserv. n. 3.

1615. 10. Apr. - Habentes cu- 110
ram Animarum non sunt eli-
gendi ad ordinariam Monia-
lium Confessionem. *Ead. Congr.*
apud Gavant. in Man. ver.
Monial. cura spirit. num. 10.
Et hoc antea decreverat præ-
fata Congregatio 1592. 17.
Mar. in responsione ad Vene-
tiarum Patriarcham, mandans,
ut Plebani Monialium Con-
fessarii redirent ad curam.
Cum verò supplicarent Ple-
bani prædicti, ut S. Congrega-
tio dignaretur licentiam con-
cedere audiendi hujusmodi
Confessiones, ut antea fece-
runt sine præjudicio Anima-
rum, & Ecclesiarum, Congre-
gatio

109. gatio 1593. 22. Feb. totum re-
 misit arbitrio Patriarchæ. His
 igitur acceptis litteris, decre-
 tum fuit in Synodo Prioli pri-
 ma, quod in posterum Pleba-
 ni non exercent munus Con-
 fessoriorum Monialium, nisi
 I 10. Monasterium sit Parochiæ
 contiguum, vel parvus nu-
 merus Monialium, & Paro-
 chianorum, & hoc arbitrio
 Patriarchæ. Refert. *Ascan.*
Tambur. de jure Abbatiss. disp.
16. quæst. 2. num. 5. Vide ta-
 men infra n. 188.

1615. 22. Maii. • Non possunt *111*
 deputari Confessarii à Laicis
 vigore Jurispatronatus. *Con.*
gr. Ep. apud Gavant. ver. Con-
fessar. num. 3.

1615. 31. Jul. - Confessarius ap- *112*
 probatus sine examine, potest
 suspendi, & examinari. *Ead.*
apud eumd. ibid. n. 11. Vide in-
 fra num 151. *1615.*

1615. 6. Oct. - Non possunt E- 113
piscopi sibi reservare eorum
absolutionem, qui nocte per
Civitatem inhonestè canen-
tes deambulant. *Ead. apud e-*
umd. ver. Casus reserv. n. 13.

1616. 10. Jun. - Monialium Con- 114
fessarius in deferendo Sanctis-
simo Sacramento Eucharistiæ
in Monasterium, recipiendus
est ad Portam à sex Moniali-
bus senioribus lumina accen-
sa tenentibus, & per rectam
viam ad Cellam Infirmæ Pro-
cessionaliter comitantibus,
sic in regressu erit ad januam
relinquendus. *Congr. Episc. a-*
puđ Nicol. ver. Clausura, num.
33. IV.

1616. 19. Nov. - Si Peregrini 115
habentes Casus non reserva-
tos ab eorum Episcopo, confi-
teantur in itinere simplici
Confessario subdito Episcopi
Casus

Casus illos reservantis, non possunt absolvi, & irrita est hujusmodi absolutio sine licentia Ordinarii. *Congr. Episc. apud Cabrin. de Casib. reserv. par. 1. resolut. 22.* Secus verò, si habuerint reservatos ab eorum Episcopo, confitentes simplici Confessario subdito Episcopi non reservantis, ut patet ex inferius dicendis n. 124. & 232.

1616. 20. Dec. - Sacerdotes Regulares non possunt audire Confessiones Sacramentales Mulierum tertii Ordinis, quæ de Pœnitentia dicuntur, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad audiendas Sæcularium Confessiones. *Congr. Episc. apud Peyrin. de Privil. Regul. tom. 1. circa Constitut. 4. Sixti IV. §. 7. num. 39.*

1617. 21. Febr. - Confessarius 117.
C 5 Regu-

Regularis Monialium, ejusque Socius (Confessionis, ac Sacramentorum administrationis casibus exceptis) easdem Moniales absque Sacrae Congregationis licentia alloqui non possunt. *Ead. Congr. apud Barbos. in Collect. ver. Confess. §. 12. quem refert. Pellizzar. de Monial. cap. 10. sect. 3. subject. 1. num. 175. ubi addit, quod hæc specialis prohibitio pro Confessariis Regularibus non afficit Confessarios Sæculares juxta communem Juris Regulam Odia restringi oportet. Hoc etiam habetur apud Ascan. Tambur. de jure Abbatiss disp. 24. quæst. 3. num. 5. §. Vide infra n. 22.*
 1617. 7. Mar. - Confessionalia Monialium è Sacristiis, & locis occultis amoveantur, ac in exterioribus Ecclesiis collocen-

centur. Congr. Episc. apud Bar-
bos, lib. 1. de jure Eccles. cap.
44, num. 135. citatum à Pelliz-
zar. ibid. num. 173. Et refert
etiam Ascan. Tambur. de ju-
re Abbatiss. disp. 16, quas. 9,
num. 2.

1617. 7. Jul. - In vim Decreti su- 119.

perius positi num. 53. possunt
Regularium Superiores ali-
quibus peccatis in prædicto
Decreto non contentis ex-
communicationem adnecte-
re, ejusque absolutionem sibi
reserva absque Capituli Ge-
neralis, vel Provincialis con-
sensu. Ead. Congr. apud Pey-
rin. de Privil. Regul. tom. 3.
cap. 12. num. 5. Et refert et-
iam Lantusca in Theat. Regu-
lar. ver. Absolutio, num. 17.

1617. 15. Sept. - Approbatur 120.

Constitutio Ordinarii, quod
Fratres non possint audire Sæ-

C 6

cula-

cularium Confessiones in propriis Cellis. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Confessar. num. 24.*

1618. 13. Mar. - In Sæcularibus etiam Sacerdotibus lapsus carnis cum soluta, qui non sit contra naturam, non debet esse Casus reservatus. *Ead. apud eumd. ver. Casus reserv. n. 3.*

1618. 4. Maji. - Monialium Confessarius Regularis extra præcisam officii sui necessitatem non potest Moniales alloqui, aliter pœnas incurrit privationis officii, vocisque activæ, & passivæ, ac committit peccatum mortale. *Ead. apud eumd. ver. Accessus, num. 2. S. Vide supra n. 99. 117. & infra n. 196.*

1618. 25. Maji. - Curati Regulares debent refectionem dare aliis Curatis, quando conferent

ferentia Caluum Conscientiæ
fit in eorum Cura, sicuti faci-
unt in suis Curis Curati Sæcu-
lares. *Ead. apud eumd. ver.*
Casus Conscient. num. 4.

1618. 22. Jun. - Confessarius Re. 124.
gularis, cessante fraude, potest
absolvere à quibuscumque
peccatis in Diœcesi, in qua est
approbatus, non reservatis,
quamvis fortè reservati essent
ab Episcopo Pœnitentis. *Con-*
greg. Episc. apud Nicol. in Flosc.
ver. Casus reserv. num. 13. Et
hoc firmatur ex inferius dicen-
dis, num. 232.

1618. 7. Jul. - Pœnitentiarius 125.
quoad Confessiones audien-
das nullam habet vacationem
pro diebus, & horis. *Ead. apud*
eumd. verb. Pœnitentia, num.
1. Quod autem.

1619. 25. Jan. - Canonici ab Epi- 126.
scopo deputati ad Confessio-
nes.

nes audiendas in Ecclesia Collegiata non Curata, si ea de Cau-
sa absunt à Choro, non lucran-
tur Distributiones. *Congr. Rit.*
apud Gavan. in Man. ver. Ca-
nonic. Distribut. num. 56.

1619. 14. Jun. - Incertorum re- 127
stitutio non debet esse Casus
reservatus. *Congr. Episc. apud*
eumd. ver. Casus reserv. num.
12.

1620. 21. Jan. - Mulierum Con- 128
fessiones post crepusculum
vespertinum; & ante auroram
non sunt audiendæ sine neces-
sitate. *Congr. Episc. apud Nicol.*
in Flosc. ver. Confessar. num.
22.

1620. 21. Febr. - Episcopus tem- 129
pore Jubilæi prohibere non de-
bet, ne nequis Confessarius
audiat Confessiones extra Pa-
rochiam, & multò minus, ne
absolvatur qui damnum dedit
in

in bonis Ecclesiæ, nisi prius da-
mnum restituerit, ac injun-
ctam pœnam solverit. *Congr.
Conc. apud eumd. ver. Jubilæ-
um, num. 4.*

1620. 21. Febr. - Bulla Jubilæi, 130^a
ubi fit mentio de Sacerdotibus
ab Ordinario approbatis, intel-
ligenda est de Ordinario ipso-
rum Sacerdotum, non autem
de Ordinario Pœnitentium.
Ead. apud eumd. ibid.

1620. 22. Febr. - Si Canonici, 131^a
dum in Choro recitatur Offi-
cium, discedant ad audiendas
Confessiones devotionis cau-
sâ, non lucrantur Distributio-
nes. *Ead. apud eumd. ver. Di-
stribut. num. 14. † prima.*

1620. 12. Mar. - Debita non sol- 132.
vere etiam Ecclesiis, non de-
bet esse Casus reservatus. *Con-
gr. Episc. apud Nicol. ver. Ca-
sus reserv. num. 3.*

1620.

1620. 22. Dec. Pro Animæ com- 133
mendatione licet Confessario
Monasterium ingredi cum
Cocta, & Stola, & non aliter.
*Ead. apud eumd. ver. Clausu-
ra, num. 34.* Hoc Decretum vi-
detur derogare alteri ab ipsa
Congregatione emanato 1583.
13. Sept. *apud Gavant. in Man.
ver. Monial. claus. num. 43.
§. Vide infra num. 200.*

1620. 22. Dec. - Si Ordinarius
concedat ipsi Pœnitenti licen-
tiam Casuum reservatorum in-
scriptis, non apponat ibi no-
men, sed scribat, *Lator præsen-
tium*, mandetque Confessario,
ut illicò post datam absolutio-
nem laceret schedulam, vel
comburat. *Congr. Episc. apud
Nicol. ver. Casus reserv. num.
15.*

1621. 26. Jun. - Canonicus Ca-
thedralis, cui per turnum in-
cum.

cumbit Animarum cura, non est examinandus quoad ipsam curam, cum admittitur ad Canonicatum, sed cum ei datur facultas audiendis Confessiones, *Congr. Conc. apud eumd. ver. Cura Animar. num. 1. in fine.*

1621. 16. Nov. - Non sunt prohibendi Regulares, ne Confessiones audiant sub prætextu, quod originem duxerint ab Hebræis. *Congr. Episc. apud eumd. ver. Hebræus, num. 1.*

1622. 5. Febr. Nemo sive Regularis, sive Sæcularis quemolibet exemptus in Sacramentorum administratione se ingerat sine licentia, & approbatione Episcopi Diocæesani. *Gregor. XV. apud Cherub. in Bullar. tom. 3. Constit. 18. que incipit Inscrutabili, §. In vim hujus Constitutionis potest Episco-*

Episcopus coercere, & punire
Regulares audientes Sæcula-
rium Confessiones sine sua li-
centia, ut patet ex Declaratio-
ne Congregationis deputatæ
ab Innoc. X. 1648. 14. Maji
*apud Matthæuc. in Offic. Cur.
Regul. tom. 1. cap. 24. num.
22. ad X. §.* Vide infra num.
197.

1622. 5. Febr. - Confessores sive
Sæculares, sive Regulares, quo-
modocumque exempti, tam
Ordinarii, quàm Extraordina-
rii, ad Confessiones Moniali-
um etiam Regularibus subje-
ctarum audiendas nullatenus
deputari valeant, nisi prius ab
Episcopo Diocesano idonei
judicentur, & approbationem,
quæ gratis concedatur, obtine-
ant. *Idem apud eumd. ibid. §.*
Notandum primò, quod neque
Regularium Superiores ab E-
pisco-

piscopo non approbati possunt
 Monialium sibi subditarum
 Confessiones audire, ut decla-
 ravit *Congr. Concil. 1623. apud*
Peyrin. tom. 2. post Const. 2.
præf. Pont. ad 7. ¶ Notandum
 secundò, quod neque Genera-
 lis non approbatus ab Ordina-
 rio, ex declaratione ejusd.
Congreg. 1627. 13. Nov. apud
Ascan. Tamburin. de jure Abba-
tiss. disput. 16. quæst. 9. num. 1.
 ¶ refert, etiam *Gavant. ver.*
Monial. cura spiritual. in ad-
dit. § Vide infra num. 221.

1622. 5. Febr. - Liceat Episcopo 139.
 ex rationabili causa Superio-
 res Regularium admonere, ut
 Confessores Monialium amo-
 veant, quos ipse Episcopus a-
 movere possit quoties, &
 quando opus esse judicaverit,
 si Superiores prædicti id facere
 detrectaverint, vel neglexe-
 rint.

rint. *Idem apud eumd. ibid.*
 §. Causa tamen amotionis hu-
 jusmodi non est ab Episcopo
 significanda Superioribus, ut
 declaravit Congr. Concil. 1623.
apud Peyrin. loc. cit. ad 12.
 Et patet etiam ex inferius di-
 cendis, num. 228.

1622. 30. Aug. - Confessarii Sæ-
 culares, vel Regulares quo-
 modumque exempti, si sollici-
 taverint ad turpia in Confes-
 sione Mulieres, ab Inquisitori-
 bus tanquam de Hæresi suspe-
 cti puniantur, & si opus fue-
 rit, debita præcedente degra-
 datione, tradantur Judici Sæ-
 culari. Gregor. XV. *apud Che-
 rub. in Bullar. tom. 3. Constit.*
34. quæ incipit Universi. § Hæc
 tamen est confirmatio Consti-
 tutionis antea editæ à Pio IV.
 1561. 16. Apr. *apud eumd.*
tom. 2. Constit. 31. quæ incipit.

Cum

Cùm sicut. §. Notandum primò, quod Confessarius ex unius tantùm Mulieris assertione non est constituendus, nec caprandus sine licentia Sedis Apostolicæ, ut declaravit. *Congr. Inquis. 1627. 17. Jul. apud Peyrin. tom. 3. cap. 11. num. 4.* ¶ Notandum secundò, quod licet in Constitutione nominentur tantùm Mulieres, subintelliguntur tamen etiam Pueri, ut declaravit *Paulus V. 1612. 29. Nov. apud Freita in addit. ad Cumba quæst. 6. num. 26. §. Scor. in Select. Bullar. Theor. 197. citatos à Peyrin. tom. 2. post Constitut. 4 præf. Gregor. §. 5. num. 14.*

1622. 20. Aug. - Confessarii prædicti severissimè puniantur in Officio S. Inquisitionis, si Personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se, sive cum

cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, vel ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis huiusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, five extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiantur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, five tractatus habuerint. *Idem Gregor. apud* *umd. ibid.*

1622. 10 Aug. - Omnes Confessarii Pœnitentes suos, quos noverint fuisse ab aliis sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, se

tra

tractantes: Quod si hoc officium prætermiserint, vel Pœnitentes docuerint non tenèri ad hujusmodi denunciatiõnem, ab Ordinariis, vel Inquisitoribus pro modo culpæ puniantur. *Idem Gregor. apud eund. ibid. §. Hæc Constitutio quoad totum semel in Mense Augusto legenda est Regularibus jussu Urbani VIII. 1633. 15. Dec. in Bullar. tom. 5. Constit. 192. quæ incipit Sanctissimus. §. Præsertim verò quoad hanc partem legenda est, & intimanda omnibus tam Regularibus, quàm Sæcularibus Confessariis in iplo approbationis actu ad Confessiones audiendas, ut decrevit Congr. Inquis. de mand. Urbani præf. 1626. 3. Oct. apud Peyrin. loc. cit. §. 11. num. 34. §. Vide infra num. 206, & 207.*

1624.

1624. 27. Sept. - Si sollicitati in 143
 Confessione noluerint sollici-
 tantes manifestare, poterit E-
 piscopus dare auctoritatem
 Confessario recipiendi in scri-
 ptis cum juramento denun-
 ciationem Personæ sollicita-
 tæ, quæ consensit, quam statim
 tenebitur Confessarius deferre
 Episcopo, vel Inquisitori. Con-
 greg. Inquis. apud Peyrin. tom.
 2. circa Constitut. 4. Gregor.
 XV. § 3. num. 12. Et refert et-
 iam Ascan. Tamburin. de jure
 Abbatiss. disp. 16. quæst. 4. nu.
 15.

1625. 13. Jun. - Regulares qui- 144
 busvis Privilegiis suffulti non
 possunt ab Hæresi absolvere.
 Congr. de propag. Fide apud
 Nicol. in Flosc. ver. Casus re-
 serv. num. 16. §. Vide infra
 num. 205.

1625. 2. Dec. - Non sibi reser- 145
 vent

vent Episcopi eorum absolu-
tionem, qui violant dies fe-
stos. *Congr. Episc. apud eumd.*
ibid. num. 3. in fine. Et hoc
antea decreverat ead. *Congr.*
1615. 16. Jan. apud Gav. ver.
Casus reserv. num. 14.

1627. 16. Mar. - Ut quis absol- 146.
vatur ab Excommunicatione
incurta ob consilium datum
ad violationem libertatis, vel
immunitatis Ecclesiasticæ, non
sufficit, quod dicat, se de eo
dolere plurimum, sed necesse
est, ut damnet idem consilium
apud eosdem, quibus consul-
vit, & faciat quod potest pro
revocatione præcepti, & se-
cutorum ex eo. *Congr. Episc.*
apud eumd. ver. Consilium,
num. 2.

1627. 30. Apr. - Non probatur, 147.
quod Superior Regularium
reservet sibi Casus ad effectum

D

præ-

præscribendi Confessariis in casibus particularibus quam pœnitentiam injungere debeant. *Ead. apud Nicol. ver. Casus reserv. num. 4.*

1627. 27. Aug. - Necessaria est assistentia Confessarii, ut Regulares licentiam habentes possint alloqui Moniales, & Confessario præsentate, debent ita clarè loqui, ut ipse intelligat quid dicatur. *Congr. Episc. apud eumd. verb. Accessus, num. 2.*

1628. 21. Mar. - Monialibus tempore Jubilæi dandus est Confessarius extraordinarius. *Ead. apud. eumd. ver. Jubilæum, num. 8.*

1628. 23. Mar. Qui non Sacerdos Confessionem Sacramentalem audiverit, ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatus, statim Curie

riæ Sæculari puniendus tra-
 datur, licet non fuerit con-
 stitutus in ætate 25. anno-
 rum, dummodo vigesimum
 annum compleverit. *Urbanus*
VIII. apud Cherub. in Bullar.
tom. 4. Constitut. 79. quæ in-
cipit. Apostolatus. § Et hæc
est firmatio Constitutionis
antea editæ à Clemente VIII.
1601. 1. Dec. apud eumd. tom.
3. Constit. 81. quæ incipit Etsi
alias. §. Hanc Constitutio-
nem tenentur Superiores Re-
gulares semel in Mense Augu-
sto subditis potefacere, & pro-
mulgare. Congr. Inquis coram
præd. Urb. VIII. in Bullar. tom.
5. Constit. 192. quæ incipit
Sanctissimus.

1628. 12. Sept. - Revocantur 151.
 quæcumque facultates ad au-
 diendas Sæcularium Confes-
 siones quibusvis Regulari-
 bus.

D 2

bus concessæ sine examine, & approbatione Ordinarii, ita ut nullis sive Superioribus, sive Subditis ad id suffragari possint. *Urbanus VIII. apud Peyrin. tom. 3. Constitut. 16. que incipit. Cum sicut accepimus. §. Et hæc est firmatio Constitutionis superius positæ num. 137. §. Vide quodque supra num. 112.*

1628. 17. Sept. - Confessarii etiam Romæ approbati, etiam Regulares non possunt audire Confessiones extra Territorium approbantis absque licentia Ordinarii Loci. *Urbanus VIII. apud Nicol. in Flosc. ver. Confessarius. num. 23. §. Vide supra num. 105. & infra num. 220.*

1628. 18. Nov. - Privilegia ab-
solvendi à Casibus Bullæ, quæ
in die Coenæ Domini legi so-
let.

let, ac ab illis, quos sibi reser-
vant Locorum Ordinarii, non
revixerunt per confirmatio-
nes Privilegiorum post Con-
cilium Tridentinum obten-
tas: ideoque nec intra, nec
extra Italiam possunt Privile-
giati absolvere à prædictis.
*Congr. Episc. apud Ascan. Tarn-
burin. de jure Abbat. tom. 2.
disp. 14. quæst. 15. num. 6.*

1628. 18. Nov. - Si quæ sunt Pri- 154
vilegia extra Italiam absol-
vendi ab aliis Casibus Papæ
reservatis (Bullæ Coenæ exce-
ptis) non sunt sublata. *Ead.
apud eumd. ibid.*

1629. 6. Apr. - Presbyteri sæ- 155
culares non Confessarii Regu-
lares, sed non Parochi, hortan-
di sunt, sed non cogendi, ut di-
scussioni Casuum Conscien-
tiæ intersint. *Congr. Episc. a-
pud Nicol. ver. Casus Conf.
D. 5. num.*

num. 5. ubi plures habentur
præcedentes Decisiones. S. Vi-
de infra, num. 248.

1630. 21. Febr. - Qui partem ^{156.}
fecit operum in prima Heb-
domada Jubilæi, reliqua verò
in sequenti, non videtur con-
sequi posse Indulgentiam,
nam observanda est forma
præscripta in Jubilæo, quæ
scilicet solet esse disjunctiva,
non verò conjunctiva quoad
duas Hebdomadas. *Urbanus*
VIII. apud eumd. ver. Jubilæ-
um, num. 1.

1630. 14. Mar. - Curati omnes, ^{157.}
etiam exempti, etiam Regu-
lares tenentur interesse cum
aliis Curatis Congregationi
Casuum Conscientiæ. *Congr.*
Episc. apud eumd. ver. Caus
Consc. n. 4. & hoc antea de-
creverat ead. Congr. 1592. 13.
Oct. apud Gavant. in Man. ver.
Cler. Conv. n. 2. 1639.

156. 1630. 13. Apr. - Confessarius il- 158.

le, qui abjuravit aliàs secretè,
vel publicè, aut aliàs quo-
modocumque, non potest re-
stitui, ut valeat secularium
Confessiones audire. *Congr.
inquis. apud Gavant. ver. Con-
fessar. in addit. num. 5.*

1630. 13. Apr. - Qui autem de 159.

levi abjuravit, non est impe-
ditus audire Confessiones et-
iam Sæcularium. *Ead. apud
eumd, ibid. num. 6.*

157. 1630. 19. Jun. - Bulla Cruciatæ 160.

Sanctæ non profit Regulari-
bus quoad Pœnitentiæ Sa-
cramentum, sed Fratres, &
Moniales subjecti sint ordina-
riæ dispositioni suorum Præ-
latorum, & Sedi Apostolicæ
quoad Casuum reservatio-
nem. *Urbanus VIII. apud Che-
rub. in Bullar. tom. 4. Constit.
106. que incipit. In specula.*

D 4

§. Hoc

§. Hoc autem antea decreverat Clemens VIII. 1599. 23. Nov. *apud eumd.* tom. 3. *Constit.* 64. *quæ incipit* Romani. §. Ideoque cautè legendi Joannes de la Cruz. *de statu Relig.* lib. 1. cap. 6. dub. 12. Sancius *in select. disp.* 44. *circa finem,* num. 13. & alii citati ab Ascan. Tambur. *de Jure Abbat.* tom. 2. *disp.* 6. *ques.* 7. num. 1.

1630. 25. Jul. - Confessarius secretò accersitus ab Apostatis inter infideles existentibus, & in articulo mortis constitutis, ut secretò absolvat, debet illos absolvere, abjuratâ prius verbo Apostasiâ in foro Conscientiæ. *Congreg. Inquis. coram Urban. VIII. apud Peyrin. de Privil. Regul.* tom. 3. cap. 4. num. 42.

1630. 25. Jul. - Quod si prædi- 16
eti.

¶ Illi Apostatæ poenitentes per aliquod temporis spatium supervixerint, poterunt abjurare in Balneo coram Fidelibus: vel impotentes relinquunt chirographum suæ abjurati-
onis, saltem signo Crucis con-
scriptum: vel hoc quoque fa-
cere nequeunt, committant
Confessario, ut suam abjura-
tionem Fidelibus manifestet.
Non igitur tenentur sic in pe-
riculo vitæ constituit Catho-
licam fidem, quam abjuratâ
infidelitate amplexi sunt, con-
fiteri. *Ead. apud eumd. ibid.*

1630. 8. Aug. - Illi, qui volunt 1630.
spontè per Interpretem con-
fiteri, nec aliter possunt, non
sunt prohibendi per Ordina-
rium, cui sufficet præcavere
abusus, & scandala, nec non
curare, ut Interpretes admo-
neantur de obligatione ad ob-

D 5 fer-

servantiam secreti. *Congreg. Theologor. specialiter deputata ab Urban. VIII. apud Nicol. in Flosc. verb. Confessar. num. 19.*

1631. 21. Aug. - Licet inter Casus à Regularium Superioribus reservandos non interverit Urbanus Octavus transgressionem Votorum, non tamen sublata est Prælati Regularibus hujusmodi reservatio, quam cæteroquin habent ex Regulæ dispositione *Congr. Episc. apud Peyrin. tom. 3. c. 12. n. 7. § Vide supra num. 53.*

1632. 3. Jul. - Superior unius Religionis extra Ecclesias sui Ordinis non potest approbare Regulares alterius Religionis pro audiendis Confessionibus suorum Subditorum. *Congr. Concil. apud Nicol. ver. Confessarius, num. 3. †*

1632.

1632. 4. Dec. - Episcopi vigore 166.

cap. 6. Conc. Trid. sess. 24.

non possunt absolvere, nec

dispensare in Casu Hæresis,

neque in aliis nova lege post

Concilium Sedi Apostolicæ

reservatis. Congr. Concil. apud

Matthænc. in Offic. Cur. Re-

gul. tom. 1. cap. 4. num. 32.

¶ Vide infra, num. 174.

1634. 16. Maii. - Si Episcopus 167.

sine iusta causa renuat, ut dif-

ferat approbare Confessari-

um Monialium Regularibus

subjectarum, datur facul-

tas Ordinario vicino quoad

hujusmodi approbationem.

Congr. Episcop. apud Nicol. in

Flosc. ver. Episcopus, num.

61.

1637. 18. Sept. - Pœnitentiarius 168.

non est cogendus ab Episco-

po ad intercessendum in sua se-

de pro audiendis Confessionibus

D 6

bus

bus eo tempore, quo non ad-
sunt Pœnitentes, qui suâ ope-
râ uti velint. *Ead. apud eumd.*
ver. Pœnitentia, num. 1. in
fine.

1638. 25. Jun. - Prælati Soma- 169
schæ Congregationis possunt
sibi invicem, graduum ordine
servato, facultatem impertiri
confitendi extra Ordinem,
quam semel petere sufficit.
Congr. Episc. apud Peyrin. in
fine Operis, Decreto 15.

1639. 16. Jul. - Quæcumque 170
Privilegia Personalia quibus-
vis Ordinis Minorum Fratri-
bus concessâ revocantur, ex-
ceptis Prædicatoribus Regum,
eorumque Confessariis. *Urba-*
nus VIII. in Bullar. tom. 5. Con-
stit. 270. quæ incipit Inter cæ-
teras.

1640. 26. Maii. - Episcopi, et 171
iam inconsultis Superioribus,
possunt.

possunt visitare Monialium;
 Monasteria Regularibus sub-
 jecta, etiam assumpto secum
 Vicario Generali, & Confes-
 sario earundem Monialium.
*Congr. Conc. apud Barbos. ad
 Sess. 24. cap. 5. de Regul. num.
 13. relatum à Mathauc. tom. 1.
 cap. 13. n. 13.*

1641. 19. Jan. - Parochus uni- 1720.
 us Diocesis non potest Con-
 fessiones audire in alia Dioe-
 cesi sine licentia Episcopi Dioe-
 cesani. *Ead. Congr. apud Ni-
 col. ver. Parochus, num. 22.
 † § Vide infra pro Regular.
 num. 220.*

1641. 27. Sept. - Confessarii Mo- 1730.
 nialium non tenentur petere
 Ordinario licentiam allo-
 quendi Moniales, vel ingredi-
 endi Monasterium ob neces-
 sitatem ministerii, nec sunt co-
 gendi ab Episcopo ad hujus-
 D. 7. modum

modi licentiæ petitionem.
Congr. Episc. apud Lantuscan.
in Theat. Regul. ver. Allocu-
tio, num. 7.

1641. 28. Oct. - Episcopis sub- 174
 lata est facultas absolvendi ab
 Hæresi occulta. *Congr. Inquis.*
apud Sperell. decis. 112. num.
61. citatum à Matthæuc. tom.
1. cap. 4. num. 32. Ideoque vi-
de infra num. 204. & 205.

1642. 3. Oct. - Caveat Ordi- 175
 narius sciscitari Personam in
 danda licentia Casuum re-
 servatorum. *Congr. Episc. a-*
apud Nicol. in Flosc. ver. Ca-
sus reserv. num. 15. ubi aliæ ci-
tantur precedentes Decisiones.

1645. 7. Febr. - Regulares Privi- 176
 legia Apostolica habentes non
 possunt prohiberi ab Ordina-
 riis Locorum, ut à Dominica
 Palmarum usque ad Domini-
 cam in Albis inclusivè non va-
 leant

leant administrare Sacramen-
tum Pœnitentiæ. *Innocentius*
X. apud Poncium cursu Theol.
disput. 46. quest. 9. num. 121.
relatum à Matthæuc. in Offic.
Cur. Regul. tom. 2. c. 20. num. 2.
Vide infra num. 227.

1645. 22. Sept. • Confessionalia 177.
debent esse in loco publico,
& habere foramina tam angu-
sta, ut transire non possit digi-
tus auricularis. *Congr. Episc.*
apud Nicol. ver. Confessarius,
num. 26.

1654. 29. Sept. - In casibus mo- 178.
ralis necessitatis pro Infirmis,
vel aliis, præsertim extra Ec-
clesiam, possunt audiri Con-
fessiones sine Coëta, & etiam
sine Stola. *Ead. apud eund.*
ibid. num. 18.

1645. 6. Oct. • Infirmi confite- 179.
ri possunt cuilibet Confessa-
rio approbato, qui relinque-
re

re debet ibi schedulam pro
notia Parochi, *Ead. apud eumd.*
ibid. num. 27. §. Vide infra pro
Regular. n. 226.

1646. 13. Jul. - Confessarii Re- 180
gularium non sunt restrin-
gendi ad duos pro qualibet
Ecclesia. *Ead. apud eumd. ibid.*
num. 6.

1646. 11. Dec. - Confessarii Re- 181
gulares non possunt Sæculares
absolvere à Censuris, vel Ca-
sibus reservatis, licentià peti-
tà, sed non obtentà. *Ead. apud*
eumd. ver. Casus reserv. num.
8. Ideoque vide infra num.
209.

1647. 27. Mar. - Ordinarii Mo- 182
nialium Confessarii triennio
tantùm durent à die datæ Pa-
tentis, quo elapso non pos-
sint amplius audire Confes-
siones in eodem Monasterio
per aliud triennium sine spe-
cia

AC DECISIONES.

89

ciali licentia Sedis Apostoli-
ca. Congr. Episc. apud Nicol.
in Flosc. ver. Confessar. num.
36. & præter alias præceden-
tes Decisiones ibi citatas, hoc
idem decreverat ead. Congre-
gatio 1594. 4. Jul. apud Ga-
van. in Man. ver. Monial. cu-
ra spirit. num. 7. ubi num. seq.
asserit, idem observandum à
Regularibus, qui sibi subjectas
audiunt ex Decr. præf. Con-
gregationis 1593. 15. Febr.
§ Vide infra num. 185.

1648. 10. Jan. - Porta Confessa- 183.
rii Monialium respondere de-
bet in viam publicam. Ead.
Congr. apud eumd. Nicol. loc.
cit. num. 31.

1648. 14. Maji. - Licentia audi- 184.
endi Confessiones tam per
litteras Missivas, quàm etiam
oretenus sine scripturis con-
cedi potest ab Episcopo. Innoc.
X.

X. apud Cherub. in Bullar.
tom. 4. Constit. 29. quæ incipit
Cum sicut accepimus in se-
cunda instantia, num. 5. & 6.

1649. 18. Mar. - Vide adest Pu- 185
ellarum Conservatorium, ea-
rum Confessarius sit trienna-
lis, sicut & Monasterii. Congr.
Episc. apud Nicol. ver. Con-
servatorium, num. 6. ¶ Vide
supra num. 182.

1649. 16. Apr. - Regularis Mo- 186
nialium Confessarius degat
cum Socio in suo Conventu.
Ead. apud eund. ver. Oeconomo-
mus, num. 13. ubi aliæ citan-
tur præcedentes Decisiones. §.
Vide infra num. 201.

1640. 23. Jul. - Licentiæ allo- 187
quenti Moniales Regularibus
concessæ, consignandæ sunt
earum confessario qui unâ
cum Auscultatricibus assistere
debet. Ead. apud eund. ver. Ac-
cessus, n. 7. 1652.

1652. 2. Aug. - Curatus non 188.
 potest esse Monialium Con-
 fessarius, si exinde Cura no-
 tabiliter pateretur. *Ead. apud*
eumd. ver. Confessar. num. 33.
ubi aliter notantur preceden-
tes Decisiones. ¶ Vide supra
num. 110.

1652. 7. Jun. - Auditor Came- 189.
 ræ non potest absolvere justè
 excommunicatum ab Ordini-
 nario. *Congreg. Episc. apud*
Nicol. in Flosc. ver. Auditor,
num. 4.

1652. 15. Nov. - Monialium 190.
 Confessionalia ita, sint tecta,
 ut Confessiones audiri non
 possint. *Ead. apud eumd. ver.*
Confessarius, num. 37.

1653. 27. Mar. - Absolutio ab 191.
 Excommunicatione dari de-
 bet satisfactà parte, vel quan-
 do reliquens fuit sufficienter
 punitus etiam à Judice Sæ-
 cula-

culari. *Ead. apud eumd. ver.*

Absolutio, *num. 11.*

1653. 16. Maii. - Regulares ge- 192.

neraliter non solum non pos-
sunt esse Confessarii ordinarii,
sed neque Capellani Moniali-
um Ordinario subjectarum.

Ead. apud eumd. ver. Confess.
num. 33. §. Et hoc antea de-

creverat eadem Congregatio
1617. 12. Maii. in responsio-

ne ad Venetiarum Patriar-
cham Vendramenum, man-

dans, ut auferret à suis Mona-
steriis huiusmodi Confessari-

os, sed in posterum uteretur
Sacerdotibus Sæcularibus, ut

refert Ascan. Tamburin. de ju-
re Abbatiss. disput. 16. ques. 2.

num. 4. §. Si verò copia de-
fuerit Confessariorum Sæcu-

larium, poterit Episcopus Re-
gularibus uti, & hoc patet ex

alia responsione ad Venetia-
rum

rum Patriarcham 1620. 7.
 Jun. apud eumd Tambur. *ibid.*
 Et refert etiam Matthæuc. in
 Offi. Cur. Regul. tom. 1. cap.
 15. num. 12.

1654. 7. Jan. - Licentiam audi- 193.
 endi Confessiones conceden-
 da est gratis, etiam quoad Can-
 cellarium, Congr. Conc. apud
 Nicol. ver. Gratis, num. 1. †
 secunda. § Et hoc antea de-
 creverat eadem Congregatio
 1602. 8. Mar. apud Gavanti. in
 Man. ver. Forum Episcop. in
 addit. num. 8.

1654. 20. Nov. - Absolutio Ex- 194.
 communicationis pro deli-
 cto non valde gravi, privatim
 dari debet. Congr. Epis. apud
 eumd. Nicol. ver. Absolutio,
 num. 12.

1655. 14. Maii. - Quicumque 195.
 Confessarius sive Sæcularis,
 sive Regularis cujusvis Ordi-
 nis

nis potest tempore Jubilæi
Confessiones audire quorum-
cumque Regularibus & absol-
vere à Casibus Superiori Re-
gulari reservatis. *Alex. VII.*
apud eumd. ver. Jubilæum,
num. 6. ubi ait, sic antea de-
crevisse. Congreg. Episc. 1583.
19. Apr.

1657. 20. Febr. - Monialium 196.
Confessariis Regularibus tam
ordinariis, quàm extraordina-
riis extra actum Confessio-
num interdicta sunt colloquia
cum Monialibus, etiam cum
Abbatissa, Priorissa, vel aliis
Officialibus sub gravibus pœ-
nis. *Alexander VII. in Bullar.*
tom. 5. Constit. 50. quæ incipit
Sacrosancti. §. Vide supra n.
117. & 122. §. Ideoque cautè
legendus Peyrin. tom. 2. circa
Constit. 6. Pii V. §. 10, num.
36, in fine,

1657.

1657. 9. Jun. - Stante Constitu- 197.

tione *Inscrutabili* superiùs posita num. 137. non potest Prælatus Regularis, cui Monialium cura commissa est, aliquibus ex ipsis Monialibus facultatem concedere ad plures annos, seu indeterminatè duraturam, confitendi Sacramentaliter peccata sua Sacerdoti, qui non sit Confessarius ordinarius, seu extraordinarius totius Monasterii. *Congr. Conc. apud Nicol. ver. Confessar. num. 32. †*

1657. 9. Jun. - Nulla ex Moniali- 198.

bus subjecta Regularibus, sentiens se non gravatam mortali culpa, potest de Venialibus validè confiteri Sacramentaliter cuicumque Sacerdoti etiam non approbato ab Ordinario. *Ead. apud eumd. ibid.*
 § Vide infra num. 239.

1659.

1659. 18. Mar. - Alumni, & Con. 199.

victores Collegiorum de Somascha possunt in eorum O-
ratoriis confiteri tam Presby-
teris dictæ Congregationis,
quàm Secularibus ab Ordina-
rio approbatis. *Alexander*
VII. in Bullar. tom. 5. Constit.
64. quæ incipit Aliàs.

1664. 20. Nov. - Confessarius 200.

Regularis Sanctimonialium
Regularibus subjectarum tam
ordinarius, quàm extraordi-
narius intra fines Italiae, & In-
sularum adiacentium exi-
stens, minimè ingrediatur se-
pta Monasterii, nisi ad Sacra-
menta Poenitentiae, Eucharis-
tiae, & extremæ Unctionis
ministranda Monialibus, vel
aliis Personis infirmis ibi de-
gentibus, nec non ad com-
mendandam Animam Agoni-
zantium: nec unquam ingre-
dia-

diatur, nisi cum Socio, qui sit probatæ vitæ, & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, quâ Confessorem vidère, & ab ipso videri semper possit. *Alexander VII. in Bullar. tom. 5. Constit. 156. quæ incipit Felici. §. Vide supra num 133.*

1664. 20. Nov. - Superiores Re- 201.
gularium revocent ad Claustra Confessores, eorumque Socios apud Monasteria Sanctimonialium vel assiduè, vel ad tempus quocumque titulo pernoctare solitos, & Cellas, mansiones, seu cubicula existentia propè Monasteria prædicta vel clausuræ includant, vel diruere faciant, & si hæc non adimpleverint, adimpleat Ordinarius. *Idem apud eund. ibid. §. Vide supra num. 186.*

E

1664.

1664. 20. Nov. - Si Monasteri- 202.
um Sanctimonialium sit extra
mœnia Urbis, vel Opidi, &
Monasterium Regularium vi-
rorum, quibus Moniales sunt
subjectæ, sit intra dicta mœ-
nia, vel è converso, habeantur,
vel conducantur (si com-
modè fieri potest) mansio-
nes ad usum Confessoris,
quæ non sint conjunctæ,
seu contiguæ ipsi Monaste-
rio Monialium, sed ab eo
penitus disjunctæ, non so-
lùm per parietes, sed et-
iam per tecta. *Idem apud*
eumd. ibid. S. Vide supra n.

94.

1664. 20. Nov. - Quod si u- 201.
trumque Monasterium sit
intra mœnia, & unum ab
altero, Episcopi judicio,
multùm distans, tum ha-
bentur, vel conducantur

hu;

hujusmodi mansiones , ut
 supra distinctæ , & separa-
 tæ à Monasterio Moniali-
 um , distantia ab ipso Epi-
 scopo recognoscendâ , &
 approbandâ : ita tamen , ut
 in mansionibus Confessoris
 five intra , five extra mœ-
 nia constitutis , nullus Re-
 gularis , licet Superior (ex-
 cepto ipso Confessore cum
 suo Socio) pernoctet. *Idem
 apud eumd. ibid.*

1665. 24. Sept. - Congregatio 204.
 Inquisitionis coram Ale-
 xandro VII. sequentes da-
 mnavit Propositiones , qua-
 rum Prima , cæteris omis-
 sis: *Sententia asserens, Bullam
 Cœnæ solùm prohibere abso-
 lutionem Hæresis , & alio-
 rum criminum , quando pu-
 blica sunt , & id non deroga-*
 E 2 re

re facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Jul. in Consistorio Sacrae Congregationis Eminentissimorum Cardinalium visa & tolerata est. In Bullar. tom. 5. Constit. 162. præfati Pontif. quæ incipit Sanctissimus, num. 3. §. Ideoque non audiendi Navarrus in Man. cap. 27. n. 260. Laym. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. n. 2. & alii citati à Cabrino de Casib. reservat. par. 1. resol. 112. §. Vide supra num. 144. & 174.

1665. 24. Sept. - Secunda: Prælati Regulares possunt in foro Conscientiæ absolvere quoscumque Seculares ab Heresi occulta. & ab excommunicatione propter eam in cursa. Ibidem, num. 4. §. Vide supra num. 144. & 174.

1665.

1665. 24. Sept. - Tertia. - Con- 206.
fessarius, qui in Sacramen-
tali Confessione tribuit Pœni-
tenti chartam postea legendam,
in qua ad Venerem incitat, non
censetur sollicitasse in Confes-
sione, ac proinde non est denun-
ciandus. Ibidem, num. 6. § Vi-
de supra num. 142.

1665. 24. Sept. - Quarta: Mo- 207.
dus evadendi obligationem de-
nunciandæ Sollicitationis est:
Si sollicitantus confiteatur cum
Sollicitate, hic potest ipsum ab-
solvere absque onere denunci-
andi. Ibidem num. 7.

1665. 24. Sept. - Quinta: Pecca- 208.
ta in Confessione omissa, seu ob-
lita ob instans periculum vitæ,
aut ob aliam causam, non tene-
mur in sequenti Confessione ex-
primere. Ibidem, num. 11.

1665. 24. Sept. - Sexta: Mendi- 209.
cantes possunt absolvere à Ca-
sibus

sibus Episcopo reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate. Ibidem, num. 12.

§ Vide supra, num. 70. 80. 96. 153. & 181. & infra num. 231.

1665. 24. Sept. - Septima: Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato. Ibidem, num. 13.

1665. 24. Sept. - Octava: Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ. Ibidem, num. 14. S. Cautè igitur legendus Diana part. 3. tract. 4. resol. 148.

1665. 24. Sept. - Nona: Qui Beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: Ibid.

Tbid. num. 16. § Vide infra
num. 239.

1665. 24. Sep. - Decima: Licet 213.
*interficere falsum Accusato-
rem, falsos Testes, ac etiam
Judicem, à quo iniqua cer-
tò imminet sententia, si alia
via non potest innocens da-
mnum evitare. Ibidem num.
18. § Non igitur audiendi
P. Navarr. lib. 2. cap. 3.
num. 36. Sanchez lib. 2.
Mor. cap. 39. num. 7. &
alii citati à Cabrino de Ca-
sibus reserv. par. 2. Casu 2.
annot. 8.*

1665. 24. Sept. - Undecima: 214.
*Mollities, Sodomia, & Bestias-
litas sunt peccata ejusdem spe-
ciei infimæ, ideoque sufficit dis-
cere in Confessione, se procu-
rassè pollutionem. Ibidem, n.
24.*

1665. 24. Sept. - Duodecima: 215.
Qui

Qui habuit Copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens: Commisi cum soluta grave peccatum, non explicando copulam. Ibidem, num. 25.

1666. 18. Mar. Congregatio In- 216.
quisitionis coram Alexandro VII. sequentes damnavit Propositiones, quarum prima, cæteris omiſſis: *Regulares possunt in foro Conscientiæ uti Privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.* In Bullar. tom. 5. Constit. 167. quæ incipit *Sandissimus*, num. 36. §. Vide supra num. 153. & infra num. 231.

1666. 18. Mar. - Secunda: Non 217.
est obligandus Concubinarius ad ejiciendam Concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum Concubinarium, vul-

go, Regalo, dum deficiente illo, nimis agrè ageret vitam, & alia epula tædio magno Concupinarium afficerent, & alia Famula nimis difficile inveniretur. Ibidem num. 41.

1666. 18. Mar. - Tertia: Quoad 218. forum Conscientiæ, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant Censuræ. Ibidem, num. 44.

1669. 1. Mar. - Peccant mortali- 219. ter etiam illi Regulares, qui sine legitima facultate per modicum temporis spacium Moniales alloquuntur, & damnatur illorum opinio, qui aliter affirmant, disseminant, & fortè etiam scriptis evulgant. Congr. Conc. apud Pignatell. tom. 6. consult. 85. num. 35. citatum à Matthæuc. in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 5. num. 11. Ideoque non

E s au-

audiendus Ameno de Pœnis,
tit. 4. §. 1. num. 12. relatus
ab eod. ibid. § Vide supra n.
99.

1670. 21. Jun. - Regulares ab 220.
Episcopo ad Confessiones
Sæcularium in sua Diœcesi
audiendas approbati, non pos-
sunt in alia Diœcesi eas abs-
que Episcopi Diœcesani eas
absque Episcopi Diœcesani
approbatione audire, quam-
vis Pœnitentes subditi sint
ejus Episcopi, à quo ipsi Reli-
giosi fuerunt approbati. *Clem.*
X. in Bullar. tom. 5. Constit.
7. quæ incipit Superna §. 4.
§ Et hæc est firmatio Decreti
antea emanati à Congr. spe-
cialiter deputata ab Innoc. X.
1648. 14. Maji apud Cherub.
in Bullar. tom. 4. Constit. 29.
quæ incipit Cùm sicut accepimus.
num. 9. ¶ Vide supra n.
105, & 152. 1670.

1670. 21. Jun. - Religiosi genc- 221.
raliter approbati ab Episco-
po ad audiendas Sæcularium
Confessiones, non ideo cen-
sentur approbati ad Confes-
siones Monialium sibi subje-
ctarum, sed egent, quoad hoc
speciali Episcopi approbatio-
ne. *Idem ibidem.* § Hæc est
confirmatio Declarationis e-
ditæ à Congr. Concil. 1623.
*apud Peyrin. de Privileg. Re-
gul. tom. 2. circa Constitu-
tion. 2. Gregor. XV. ad 9. §.*
Vide supra n. 148.

1670. 21. Jun. - Religiosi ap- 222.
probati pro audiendis Con-
fessionibus Monialium uni-
us Monasterii, non possunt
alterius Monasterii Con-
fessiones audire, nec Ex-
traordinarii, pro una tan-
tùm vice deputati, possunt in
vim hujusmodi approbatio-
nis

nis pluries audire Monialium Confessiones. *Idem ibidem.* §. Sic etiam antea declaraverat. Congr. Concil. 1623. apud Peyrin. loc. cit. ad 10. § 11.

1670. 21. Jun. - Tam Prælati Regulares, quàm Regularium Confessarii possunt illorum Sæcularium Confessiones audire, qui sunt inibi verè de Familia, & continui Commensales, non autem illorum, qui tantùm ipsis deserviunt. *Idem ibidem.* §. Quoad Commensales vide supra n. 102. Quoad verò Deservientes vide pariter supra num. 39.

1670. 21. Jun. Religiosi, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint ab Episcopis, generaliter quoque, indistinctè, & absque aliqua limitatione temporis, cer-

certorumque locorum, aut generis Personarum in Dicecesi propria admittantur. *Idem ibidem* §. Hæc est firmatio Decreti antea emanati à Congreg. Concil. 1587. 2. Jul. apud *Quaran. in Sum. Bull. ver. Privil. Regular.*

1670. 21. Jul. - Cæteri verò Religiosi, qui non adeò idonei reperientur, si petierint admitti, arbitrio Ordinariorum relinquatur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. *Idem ibidem*. §. Sic etiam antea decreverat Congr. Conc. 1587. 2. Jul. apud *Querant. loc. cit.*

1670. 21. Jun. - Regulares semel simpliciter approbati possunt in Dicecesi Episcopi approbantis quovis anni tempore,

E 7

etiam

etiam Paschali , & quorumcumque Infirmorum Confessiones audire sine licentia Parochi, quem tamen monere debent de Confessione audita saltem per Spiritam apud Infirmum relinquendam, ad quod præcipi possunt ab Episcopo sub poena suspensionis à facultate audiendi Confessiones. *Idem ibidem.*
 § Hæc est firmatio Decreti antea emanati à Congreg. Concil. quoad admonitionem Parochi 1587. 2. Jul. apud Quarant. loc. cit. §. Vide supra num. 179.

1670. 21. Jun. - Qui Regularibus simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit: *Omnis utriusque Sexus*, quoad Confessionem dum-

dumtaxat satisfecisse censeantur. *Idem ibidem.* §. Sic antea decreverat Leo X. 1516. 19. Dec. apud Cherub. in Bullar. tom 1. Constit. 22. quæ incipit Dum intra, §. Vide supra, num, 176. & infra num, 253.

1670. 21. Jun. - Regulares sine 228.
 ulla temporis præfinitione approbati non sunt ab eodem Episcopo, qui sic approbavit, iterum examinandi, aut à Confessionibus suspendendi, nec licentiæ illis concessæ revocandæ, nisi nova superveniente causa ad ipsas Confessiones spectante, quam non tenetur Episcopus Regularibus significare. *Idem ibidem.* § Quo ad novum examen extabat alia Constitutio Pii Quinti 1571. 6. Aug. apud Cherub.

in

in Bullar. tom. 2. Constit. 138.
quæ incipit Romani §. 2. in
fine. §. Et vide supra num. 76.
 §. Quoad verò causam amo-
 tionis vide similiter supra
 num. 139.

1670. 21. Jun. - Si Regulares 229.
 cum Scandolo, aut aliàs inho-
 nestè vivant, vel aliquod deli-
 ctum committant, per quod
 rationabili Episcopi judicio
 videantur à Confessionibus
 suspendendi, possint ab eodem
 Episcopo suspendi tanquam
 ob causam ad Confessionis
 ministerium pertinentem. *Id.*
ibid. §. 7. §. Hæc est firmatio
 Decreti antea emanati ab E-
 piscoporum Congregatione:
 1630. 30. Aug. *apud Gavant.*
in Man. ver. Confessar. in
addit. num. 2.

1670. 21. Jun. - Omnibus simul 230.
 unius Conventus Confesso-
 ribus

ribus non est adimenda facultas audiendi Confessiones inconsulta Sede Apostolica. *Id. ibidem.* §. Et hoc antea decreverat Congr. Episcoporum. 1615. 20. Nov. apud Peyrin. de Privil. Regul. tom. 1. circa Constitut. 2. Sixti IV. §. 11. num. 45. Et refert Ascan. Tamburin. de jure Abbat. tom. 2. disp. 6. ques. 12. num. 7.

1670. 21. Jun. - Nullus ex Regularibus potest absque licentia Episcopi absolvere in Casibus ipsi Episcopo reservatis, neque ratione Privilegiorum quorumcumque, etiam *Mare magnum* nuncupatorum, neque vigore Confirmationum post Tridentinum obtentorum, licet facultatem habeat absolvendi ab omnibus Casibus Sedi Apostolicæ reservatis. *Idem. ibid.* §. Hoc antea decrevit

decrevit Congregatio Concilii in responsione ad Divum Carolum 1577. 10. Dec. quam refert *Matthæus. in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 2. num. 5. ubi etiam quoad hoc rejicitur Mare magnum. Congregatio quoq. Episcoporum. idem statuit observandum, 1617. 2. Jan. apud Ascan. Tambur. de jure Abbat. tom. 2. disp. 13. num. 4. § Vide supra plures Decisiones, num. 70. 80. 96. 153. & 181.*

1670. 21. Jun. - Potest Confes. 232.
 for Regulares absolvere à
 Casibus reservatis in alia
 Diœcesi Pœnitentes illos,
 qui conflunt ad Dioecē-
 sim Episcopi non reservan-
 tis, nisi noverit, eosdem Pœ-
 nitentes in fraudem reserva-
 tionis migrasse ad Dioecē-
 sim non reservantem pro-
 abso.

absolutione obtinenda. *Idem
ibidem.* § Vide supra num.
115. & 124.

1670. 21. Jan. - Non licet Re^{233.}
gularibus in vim Privilegio-
rum quorumcumque, et
iam satisfacta parte absolve-
re Pœnitentes à Censuris
quoad externum, & judi-
ciale forum, & absoluti ab
eis in foro Pœnitentia, uti-
que non censentur absoluti in
exteriori iudicio, & conten-
tioso. *Idem ibidem.*

232. 1678. 22. Maii. - Peccat mor-^{234.}
taliter Regularis Conciona-
tor, qui completà ad Cra-
tes Concione, immediatè
ipsas alloquitur Moniales si-
ne licentia, licèt immi-
sceat sermones cum quæstio-
nibus, vel dubiis spirituali-
bus, aut materiis ipsius Con-
cionis: quam pœnam in-
curo

currit non solum si aliquas al-
loquatur, sed etiam unam tan-
tum, cæteris audientibus.
*Congr. Concil. apud Matthæuc.
in Offic. Cur. in Regul. tom. 1.
cap. 5. num. 13. Ideoque non
audiendi Peyrin. de Privil.
Regul. tom. 2. circa Consti. 6.
Pii Quinti §. X. num. 36. ac
Diana par. 3. tract. 2. resol.
104.*

1679. 12. Febr. - Frequens Ne- 235
gotiatorum accessus ad Sa-
cram Alimoniam percipien-
dam, Confessariorum secreta
cordis explorantium iudicio
est relinquendus. *Congr. Conc.
in Decreto de Commun. quotid.
pluribus in locis separatim
impresso, ac apud plures Aucto-
res relato.*

1670. 12. Febr. - Confessores 236
tenentur admonere Moniales
quotidie Sacram Communem
pe-

petentes, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstituti communicent, *Eadem ibidem.*

1679. 12. Febr. - Si quæ verò 237.

Moniales puritate mentis eniteant, & fervore spiritus ita incalescant, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis à Superioribus permittatur. *Eadem ibidem.*

1679. 12. Febr. - Confessarii 238.

redarguant asserentes, Communionem quotidianam esse de jure divino *Ead. ibid.*

1679. 12. Febr. - Non permittatur, ut Venialium Confessio 239.

fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Ordinario. *Ead. ibidem.*

§ Vide supra num. 198. & num. 212.

1679. 2. Mar. - Congregatio In- 240.

qui-

quisitionis coram Innocentio XI. sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima, cæteris omisiss. Opus Conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali. In libello pluribus in locis impresso, num. 9.

1679. 2. Mar. • Secunda. Licet 241. procurare Abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur. Ibidem, num. 34.

1679. 2. Mar. • Tertia: Copula 242. cum Conjugata, consentiente Marito, non est adulterium: ideoque sufficit in Confessione dicere, se esse fornicatum. Ibidem, num. 50.

1679. 2. Mart. • Quarta: Non 243. tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus
 cono.

consuetudinem. Ibidem, num.
58.

1679. 2. Mar. • Quinta: Licet 244.
Sacramentaliter absolvere di-
midiatè tantùm confessos ra-
tione magni concursus Pœni-
tentiam, qualis verbi gratià
potest contingere in die magnæ
alicujus Festivitatæ, aut Indul-
gentiæ. Ibidem, n. 59.

1679. 2. Mar. • Sexta: Pœni 245.
tenti habenti consuetudinem
peccandi contra legem Dei,
Naturæ, aut Ecclesiæ, etsi
emendationis spes nulla appa-
reat, nec est neganda, nec diffe-
renda Absolutio, dummodo ore
proferat, se dolere, & propo-
nere emendationem. Ibidem,
num. 60.

1679. 2. Mar. • Septima: Pot 246.
est aliquando absolvi qui in
proxima occasione peccandi
versatur, quam potest, & non
vult.

vult omittere, quinimo directè,
 & ex proposito querit, aut ei se
 ingerit. Ibidem, num. 51.

1679. 2. Mar. - Octava: Absolu- 247.
 tionis capax est Homo, quan-
 tumvis laboret ignorantia
 Mysteriorum Fidei, & etiamsi
 per negligentiam etiam culpa-
 bilem nesciat *Mysterium San-
 tissimæ Trinitatis*, & *Incarna-
 tionis Domini Nostri JESU
 Christi*. Ibidem, n. 64.

1682. 15. Jan. - Confessarii Re- 248.
 gulares, sed non Parochi,
 degentes in Conventibus, in
 quibus non vivunt duodecim
 Religiosi, hortari quidem pos-
 sunt ab Ordinariis, sed non
 compelli ad conferentiam
 Casuum Conscientiæ. Congr.
 Episc. apud Mattheuc, tom. 1.
 Offic. Cur. Regul. cap. 8. num. 25.
 S. Vide supra n. 155.

1686. 19. Jan. - Confessionalia 249.
 ex.

247. existentia in Ecclesiis non Curatis Monialium Regularibus subiectarum, non sunt visitanda ab Episcopo Diocesano, nisi adsit in contrarium legitima consuetudo. Congr. Conc. apud eumd. cap. 13. n. 19.

1687. 20. Nov. - Innocentius 250.

248. XI. sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima, cæteris omittis: *Via interna se-juncta est à Confessione, à Confessariis, & à Casibus Conscientiæ, à Theologica, & à Philosophia.* In libello plurib. in loc. impresso, num. 59.

1687. 20. Nov. - Secunda: In 251.

249. *Mundo non est facultas, nec jurisdictio ad precipiendum, ut manifestentur Epistole Directoris quoad internum Animæ, & ideo opus est animadvertere, quod hoc est insultus Satanae, &c.* In libel. prædicto, n. 68.

F

1689.

1689. 26. Nov. - Regulares Monachialium Confessarii etiam extraordinarii debent habere ætatem quadraginta Annorum. Congr. Concil. apud Matthæuc. in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 15. num. 9. 252.

1690. 7. Dec. - Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VIII. sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima, cæteris omissis; *Confessiones apud Religiosos, pleraque vel Sacrilegæ sunt, vel invalidæ.* In libel. impresso, num. 20. 253.

1690. 7. Dec. - Secunda: *Ubi quis invenerit Doctrinam in Augustino clarè fundatam, illam absolutè potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.* Ibidem num. 20. §. Caveant igitur Confessarii, ne Doctorum etiam
iam

252. iam gravissimorum sequantur
Sententias, si adsit in contrari-
um vel Pontificia Constitu-
tio, vel aliquod Sacrarum Con-
gregationum Decretum.

1696. 14. Maii. - Non potest E- 255.
piscopus approbare ad annum
tantum Confessarios Monia-
lium Regularibus subiecta-
rum, sed in initio hujusmo-
di approbationis vel ad con-
suetum triennium admittat,
vel rejiciat. *Congreg. Episc.*
apud Matthæuc. in Offic.
Cur. Regul. tom. 1. cap. 15.
num. 7.

254. 1699. 12. Mar. - Innocentius 156.
XII. sequentem damnavit Pro-
positionem, scilicet: *In con-*
fitendo debent Anima trans-
formata sua peccata detestari,
Et condemnare se, Et deside-
rare remissionem suorum pec-
catorum, non ut propriam pu-
rifi-

rificationem, & liberationem
sed ut rem, quam Deus vult, nos
velle propter suam gloriam.
In libello impresso, n. 20.

1700. 19. Apr. - Neque Confes- 257.
sarius Sæcularis, neque Regu-
laris in vim Bullæ Cruciatæ
electus potest Pœnitentes ab-
solvere, nisi sit approbatus ab
Ordinario Loci, in quo Pœni-
tentes degunt. *Innocentius
XII. Constitut. que incipit cùm
sicut apud Matthæuc. tom 1.
cap. 8. n. 24.* ¶ Acquiescere
igitur debet conflictus ille ce-
leberrimus, quem inter Do-
ctores referunt Thomas Tam-
bur. lib. 5. de Pœnit. cap. 5.
claus. 3. n. 13. & in Tract. de
Bulla Cruc. cap. 11. §. 1. n. 3.
& seqq. ac Quaranta in Sum.
Bullar. ver. Confessor.

1701. 24. Mar. - Omnes utrius- 158.
que Clerici Confessarii tran-
sum.

sumptum Bullæ Coenæ penes
se habeant, diligenter legant,
& percipere studeant. *Clemens*
XI. apud eumd. ibidem in fine
Capitis 5.

1703. 16. Mar. - Confessarii pos. 259.

sunt juberi ab Episcopo, ut de-
negent absolutionem Paren-
tibus notabiliter contumaci-
bus quoad Filiorum educa-
tionem in rebus ad Animarum
salutem spectantibus. *Clem.*
XI. in Littera Circulari ad
Quartum.

1703. 16. Mar. - Confessores 260.

Monialium sint docti, prove-
ctæ ætatis, vitæ irreprehensi-
bilis, zelantes, & à lucro turpi
totaliter alieni. *Idem ibidem*
ad Septimum.



F 3

DE.

DECRETA

SACRORUM RITUUM
CONGREGATIONIS,

Et etiam pauca ex Congregatione Episcoporum desumpta,

E D I T A

ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS,
UT INFRA.

Anni.

Numeri.

1591. 31. Jan. **C**oadjutor Episcopi potest

est de licentia ejusdem Episcopi benedicere Populo, dum per Civitatem incedit.

1593. 6. Jul. - Non potest Episcopus cantare Missam in Ecclesiis Regularium, ipsis invitatis, ubi scilicet non est solitum s. Ubi autem est solitum, potest & ibi Baldachinum erigere, ex Decreto edito sub die 10. Jun. 1603.

1593.

1593. 22. Febr. - Eucharistia in 3.
Festo Corporis Christi non
est deferenda per vias Hebræ-
orum.

1593. 22. Febr. - In Tabernacu- 4.
lo, ubi asservatur SS. Sa-
cramentum, non sunt reti-
nendæ Reliquiæ, nec Vasa
Sacrorum Oleorum, nec a-
liud.

1593. 13. Sept. - Reliquiæ, qui- 5.
bus in Altaris consecratione
utitur Episcopus, debent esse
Sanctorum ab Ecclesia appro-
batorum.

1594. 28. Nov. • Tabernaculum 6.
SS. Sacramenti in Cathedra-
libus non debet esse in Altari
majori propter functiones
Pontificales, quæ fiunt
versis renibus ad Altare.

1595. 8. Mar. - Vicario Episco- 7.
pi Missam cantanti solemnem
non ministrant Canonici,
ci,

ci, neque fit Circulus ante
ipsum §. Vide infra n. 16.

1595. 7. Aug. - Ad Horas omnes 8.
quæ recitantur in Choro, ar-
deant in Altari duæ saltem
Candelæ.

1595. 7. Aug. - Temporis præ- 9.
scriptio ad recitandum in
Choro divinum Officium, ab
Ordinario cum duobus, vel
tribus deputatis à Capitulo,
diversi modè fieri debet se-
cundùm diversa Anni tempo-
ra, & adnotari in Tabella ap-
pendenda in Sacristia.

1595. 18. Oct. - Matutinum in 10.
Cathedrali recitandum est
manè, non autem Vesperi
pro die sequenti.

1696. 29. Mar. - Si consuetudo 11.
deferendi Processionaliter SS.
Sacramentum feria sexta Pa-
rasceves in Feretro nigris vel-
leribus coniecto non potest
abs-

absque graviori incommodo
extirpari est toleranda.

8. 1596. 22. Maii. - Tolerari non 12.
debet, quod in locis publicis,
& sordidis stent depictæ di-
versæ Cruces, ac Sanctorum
9. Imagines in derisum Christia-
næ Religionis.

1599. 8. Nov. - Non sunt con- 13.
secranda ea Altaria, subquibus
recondita sunt Defunctorum
cadavera.

1599. 10. Nov. - Si sub Altari, 14.
vel sub ejus gradibus huma-
ta sint Defunctorum Cadave-
ra, non est ibi celebranda
10. Missa, donec aliò transferan-
tur.

1600. 12. Jan. - Moniales, com- 15.
pleto Officio, possunt recita-
re aliquem Psalmum, Ora-
tionem, vel Collectam, quia
hoc non est Officio addere.

1600. 16. Maii. - Episcopo ab 16.
F. S. sen-

sente, non potest Vicarius
Missas celebrare Conventua-
les, nec Pontificales. §. Vide
infra num. 127.

1601. 20. Febr. - Hebdomarius 17
non debet celebrare valdè di-
luculo.

1601. 12. Mar. - Nomine Proces- 18.
sionum generalium compre-
henduntur Rogationes.

1601. 27. Mar. - Musica non de- 19.
cet in Officio Quadragesima-
li, præsertim cum Instrumen-
tis, & si est occasio alicujus
scandali.

1601. 20. Aug. - Ubi Canonici 20.
sunt pauci, Dignitates etiam
accedere tenentur ad legile,
& cantare, sicut alii. § Vide
infra num. 34.

1601. 1. Oct. - Sacerdoti Missam 21.
novam celebranti licet obla-
tiones accipere, modò non di-
scedat ab Altari,

1601.

1601. 25. Oct. - Non sunt ex 22.
Organo faciendæ Conciones,
maximè udi habetur solitus
Pulpitus.

17
18
19
1601. 7. Dec. - Dignitatibus 23.
hinc inde distributis in Cho-
ro, incensentur eæ cum Cano-
nicis ab una parte, deinde a
liæ cum aliis Canonicis ab al-
tera parte, non verò Dignita-
tes omnes simulantes omnes
Canonicos. § Vide infra
num. 54.

20
1601. 20. Dec. - Canonici in 24.
Dominicis singillatim asper-
gendi sunt Aqua benedicta,
non verò unico ictu in circu-
lum.

21
1602. 23. Mar. - Cùm Antipho- 25.
næ præintonantur, omnes ab
utroque latere Chori, etiam
Canonici, surgere debent,
juxta Ceremoniale, non ob-
stante consuetudine.

1602. 17. Apr. - Non est impe- 26.
dienda Devotio ad Imagines
sanctas.
1602. 20. Apr. - Canonici tenen- 27.
tur in Choro psallere, aliàs non
satisfaciunt obligationi suæ.
§. Vide infra num. 34.
1602. 27. Jul. - Missa Conven- 28.
tualis in Festis dicenda est
tempore æstivo hora decima
septima; in Feriis autem pot-
est dici paulo citius, modò
non valde diluculo. §. Vide
infra num. 35.
1602. 3. Aug. - Assistentia, quæ 29.
fit ad Missam, & Vesperas, fi-
at cum Pluviali.
1602. 8. Sept. - Qui sunt de gre- 30.
mio alicujus Ecclesiæ, debent
recitare Officium, quod in
Choro dicitur, & licèt extra
Ecclesiam, vel Diœcesim mo-
rentur, decet eos recitare Offi-
cium proprium Ecclesiæ ipso-
rum.

1602.

26. 1602. 8. Sept. - Clerici, licet 31.
 7. adscripti alicui Ecclesiæ, &
 ejusdem servitio, non tamen
 obligati Choro, & quicum-
 que alii Clerici Sæculares, Re-
 8. gularesve in civitate, vel
 Diœcesi commorantes, non
 tenentur recitare Officia pro-
 pria Sanctorum illius Diœce-
 sis, vel quæ de consuetudine
 in eadem Ecclesia recitantur
 in Choro.

9. 1602. 28. Sept. - Statuta Eccle- 32.
 siæ Collegiatæ quærenda sunt
 à proprio Episcopo.

0. 1602. 5. Nov. - Qui assistit in 33.
 Choro Missæ Conventuali,
 non potest portare pileolum
 per totum Canonem: in aliis
 verò Divinis Officiis uti pot-
 est.

1602. 23. Nov. - Canonici de- 34.
 bent cantare alta voce, sed
 non potest eos Episcopus
 F. 7. cogere.

cogere. § Vide infra num.
128.

1602. 3. Dec. - In Ecclesia Col- 35.
legiata possunt Divina per-
solui citius, quàm in Cathe-
drali.

1602. 10. Dec. - Intra Clausu- 36.
ram omnino prohiberi debet
celebratio Missæ, etiam ad
communicandas Infirmas,
non obstante antiquissima
consuetudine.

1603. 14. Jan. - Missa Conven- 37.
tualis canenda est quotidie in
Collegiatis, quarum Clerus
est numerosus, & redditus non
tenuis.

1603. 3. Mar. - Altare portati- 38.
le tunc consecrationem amit-
tit, quando frangitur, vel lo-
co movetur repositorium Re-
liquiarum.

1603. 15. Apr. - Ubi Oratio qua- 39.
draginta Horarum fuit ob-
tu-

tumultus bellicos intermissa,
debet restitui.

35. 1603. 13. Maji. - Abusus anti-40.
qui in Processionibus tollen-
di sunt cum magna cautela, ne
majora scandala sequantur.

36. 1603. 23. Maji. - In Dominicis, 41.
& Festis conceditur Missa so-
lemnis pro Defunctis, in sepul-
to Corpore.

37. 1603. 23. Maji. - Cineres distri- 42.
buendi in Feria quarta post
Dominicam Quinquagesimæ
debent esse aridi, non verò in
modum luti.

38. 1603. 23. Maji - Si Processio 43.
Litaniarum majorum termi-
netur ad Ecclesiam Sancti
Marci, cantetur ibi Missa de S.
Marco, non verò de Rogatio-
nibus.

39. 1603. 23. Maji. - Vesperæ Defun- 44.
ctorum pro prima die Mensis
possunt dici post Vesperas Do-
minicæ, vel Festi, 1603.

1603. 23. Maii. - Assistentes E- 45.
piscopo , licet minus digni,
præferuntur omnibus aliis,
& ante Dignitates thurifican-
tur.
1603. 10. Jun. - Non potest Epi- 46.
scopus prohibere , ne Paro-
chus celebret Mortuorum Of-
ficium sine interventu Vicarii
Foranei.
1603. 5. Jul. - Non tenentur o- 47.
mnes Canonici associare Epi-
scopum ab eo Altari, in quo
Missam planam celebravit,
usque ad Sedem Episcopalem,
si assistere voluerit Missæ Con-
ventuali.
1603. 5. Jul. - Consuetudo , ut 48.
Dignitates, & Canonici Mi-
tram, Gremiale , Baculum,
Thuribulum, & similia mini-
strent Episcopo, est servan-
da.
1603. 2. Aug. - Ubi adest in vete- 49.
rata .

45. rata consuetudo recitandi in
Choro Psalmos Pœnitentia-
les in Feriis quintis Quadra-
gesimalibus post Completo-
rium, & Psalmos Graduales in
46. Feriis tertiis ejusdem tempo-
ris, & eodem loco, retineri
potest.

1603. 6. Sept. - Qui destinatus 50.
fuerit ad regendum Chorum,
non est dimovendus à Cho-
ro, ut assistat Episcopo.

47. 1603. 29. Nov. - Non est relin- 51.
quendum Officium debitum
pro Officium devotionis.

48. 1604. 10. Jan. - Episcopus non 52.
debet in Ecclesia salutare Ca-
nonicos aperiendo caput, sed
benedicendo manu.

49. 1604. 10. Jan. - Dignitates, quæ 53.
habent Præbendas cum onere
cantandi Evangelium; seu
Epistolam, non tenentur mi-
nistrare inferioribus.

1604.

1604. 7. Febr. - In Ecclesia Col- 54.
legiata exempta, præsentate u-
no Canonico Cathedralis
cum Episcopo, & Abbate
Collegiatæ ejusdem cum su-
is Canonicis, prius incense-
tur Canonicus, deinde Ab-
bas.

1604. 4. Maji. - In eodem Pa- 55.
latio non conceditur, nisi u-
num Oratorium privatum.

1604. 17. Jul. - Non potest Ab- 56.
bas extra suam Ecclesiam uti
Mitra, & Baculo, neque
ea ante se deferre. § Vide in-
fra num. 195.

1604. 16. Oct. - Dedicationis 57.
Festum, extra actum Conse-
crationis, non potest amplius
mutari ab Episcopo, incon-
sulta Sede Apostolica. § Hoc
Decretum ostendi Brixi-
næ (in Comitatu Tyrolensi)
Reverendissimo Domino
tunc

54. tunc Provicario Generali Jo-
 anni Antonio de Zephyris,
 qui cupiebat, ut Celsissimus,
 & Reverendissimus Episco-
 pus, & Princeps Joannes
 Franciscus Khuen (cui re-
 quiem æternam Deus donet
 piissimus) mutaret ultimam
 55. diem Julii in aliquam ex Do-
 minicis præfati Mensis, ut
 56. ratione Festi Populus copio-
 sius conveniret ad Dedicatio-
 nem Cathedralis.

--- -- Consecrator Ec- 58.
 clesiæ potest in actu Conse-
 crationis statuere aliam diem
 pro *Anniversario* ejusdem
 57. Consecrationis. § Hoc de-
 cisum fuit 1585. 19. Febr.
 ab alia Congreg. quam Ritu-
 um, cum hæc instituta sit An-
 no 1587.

1604. 16. Oct. - Si Ecclesiæ De- 59.
 dicatio occurrat in Festo
 Na-

Nativitatis Beatae Virgine Mariae fiat de ea, Missae duae contentur, & infra Octavam fiat de digniori.

1604. 16. Oct. - Corpora Sanctorum nondum Canonizatorum non possunt poni sub Altari hoc antea decisum fuit. 1586. 10. Jun.

1604. 26. Oct. - Titulus antiquus Ecclesiae mutari non potest à Confraternitate.

1605. 16. Jan. - Si Episcopus interasse voluerit Horis Canonicis, statuere debet certam adventus sui horam, qua elapsa poterit inchoari Officium.

1605. 11. Jun. - Episcopus Regularis debet Officium recitare juxta ritum suae Diocesis, non verò Regulæ, & occurrentia Festo Regulæ in Festo Diocesis, hoc erit præ-

præferendum. §. Vide infra
num. 225.

1605. 11. Jun. - Capellanus E. 64.
piscopi, qui cum eo recitat
Officium, debet se illi confor-
mare.

1605. 3. Sept. - Officium in 65.
Choro non est inchoandum
statim dato signo, sed elapsa
tertia hæræ parte post signum
datum.

1606. 28. Jan. - Missæ ad satisfa- 66.
ciendum eleemosynis alicui
Ecclesiæ traditis non sunt ce-
lebrandæ traditis non sunt
celebrandæ per exteros, ubi
commodè possunt satisfieri
per Sacerdotes ejusdem Ec-
clesiæ.

1606. 17. Jun. - Posita Præben- 67.
darum distinctione in Presby-
terales, Diaconales, & Subdia-
conales, qui novo obtinuerit
Presbyteralem, præcedere
debet

debet habentes Diaconales.

1607. 16. Jan. - Non potest Episcopus extendere ad suam Dioecesim Officium illud, quod fieri solet in Civitate.

1607. 28. Apr. - Archidiaconus sustinens Baculum Episcopi thurificandus est post Diaconos assistentes, ubi non adsit contraria consuetudo.

1607. 19. Maji. - *Gloria in excelsis* cum *Credo* omittitur in Votis pro re gravi, si Violacea adhibeantur Paramenta.

1607. 19. Maji. - Res gravis pro illicita Votivæ solemnis decantatione cum *Gloria*, & *Credo* ea est, pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo, vel apud Regulares in eorum Comitibus Generalibus, seu Provincialibus, cum cantatur Missa pro re, eorumdem iudicio, gravi,

1607.

8. 1607. 19. Maji - Canonici Ec- 72.
clesiæ Collegiatae non debent
in Processionibus incedere
parati, sicut Canonici Cathedra-
lis.
9. 1607. 19. Maji. - Cereus Pascha- 73.
lis regulariter accendendus est
ad Missas, & Vesperas sole-
mnes in triduo Paschatis, in
Sabbato in Albis, & in Do-
minicis usque ad Ascensio-
nem; in aliis servanda est Lo-
corum consuetudo.
70. 1609. 19. Maji. - Septimum Can- 74.
delabrum adhibeatur in Mis-
sis tantum Episcopi solemni-
bus, sed non Defunctorum.
71. 1607. 19. Maji. - Assistens Pres- 75.
byter debet Episcopum thu-
rificare ad sedem, quicumque
ille sit, non verò Diaconus
Evangelii.
1607. 1. Sept. - Matutinum Deo 76.
functorum pro generali
eo

eorum Comemoratione recitandum est manè die secunda Novembris, non verò pridie vesperi. §. Vide infra, num. 310.

1607. 1. Sept. - Servanda est ea 77.
consuetudo, qua recitatur in Choro Officium parvum Beatae Virginis Mariae in Semiduplicibus, & Dominicis, non obstante Bulla Pii Quinti, nam ibi dicitur: *Sine praedicio sanctae consuetudinis.* §. Vide infra num. 149.

1607. 1. Sept. - Coadjutor Episcopi non sedet celebrans, nisi in Faldistorio, neque habet Diaconos assistentes, neque Canonici parantur, neque ponitur septimum Candela-brum.

1607. 1. Sep. - Praedictus Episcopi Coadjutor non utitur Baculo, nisi in Ordinationibus. 79.
1607.

7. 1667. 17. Nov. - In Altari priva-
 ti Oratorii, cui conceditur
 celebratio Missæ, non potest
 tamen celebrari in Natali Do-
 mini, Epiphania, prima die Pa-
 schatis, & prima Pentecostes,
 Annunciatione, Assumptione
 Beatae Virginis Mariæ, in Fe-
 sto SS. Apostolorum Petri &
 Pauli, nec in Solemnitate o-
 mnium Sanctorum. § His
 tamen diebus addatur Sabba-
 tum Sanctum, ut patet ex in-
 ferius dicendis, numero 312.

8. 1608. 9. Febr. - Ecclesia Parc-81.
 chialis in Dicecesi venit sub
 nomine Matricis, ante quam
 idcirco neque Regulares, ne-
 que Confratriæ possunt Cam-
 panas pulsare in Sabbato San-
 cto. § Vide infra n. 121.

79. 1608. 9. Febr. - Simplex recon-82.
 ciliatio Ecclesiæ, seu Came-
 terii non consecrati potest

G

com

committi Presbytero in Dignitate constituto. § Immo & simplici Sacerdoti juxta Rituale Romanum.

1608. 15. Mar. - Quamvis Præbendæ non sint distinctæ, convenit tamen, ut fiat distinctio Pluvialium, Planetarum, & Dalmaticarum in Solemnioribus.

1608. 15. Mar. - Diaconus, & Subdiaconus accipiunt Pacem ab Episcopo celebrante statim post Diaconos assistentes.

1608. 15. Mar. - Canonici digniores debent sedere in Sedibus, quæ sunt viciniones Sedi Episcopali.

1608. 10. Maji. - Duorum Canonorum assistentia semper convenit Episcopo, sive celebret ipse sive assistat Divinis.

1608.

1608. 14. Jun. - Prima Dignitas 87.

det candelam Episcopo in Festo Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, & Episcopus det statim primæ Dignitati ante Vicarium Generalem.

1608. 17. Sept. - Omnes de Cle. 88.

ro, etiam Canonici Eucharistiam sumant de manu Celebrantis in Feria quinta in Cœna Domini. § Vide infra num. 263. & n. 326.

1609. 10. Jan. - Dignitates te. 89.

nentur associare Episcopum cum Canonicis ex debito, licet Cæremoniale Episcoporum nominet tantum Canonicos, ubi non adsit contraria consuetudo.

1609. 21. Mar. - In Festo SS. 90.

Corporis Christi non sunt canendæ Cantiones vulgari sermone.

1609. 7. Aug. - In Choro teneri 91,
non debent aliæ Imagines,
quàm Sanctorum.

1609. 24. Aug. - Neque Abba- 92,
tes, neque Regularium Supe-
riores possunt benedicere Pa-
ramenta Ecclesiarum non sibi
subditarum.

1610. 6. Mar. - Archidiaconus 93,
non potest assistere Episcopo
in habitu Prælatio non Cho-
rali, licet sit Prothonotari-
us.

1610. 6. Mar. Canonici parati 94
assistentes Episcopo præce-
dunt Vicario Generali, & sunt
ante ipsum thurificandi.

1610. 26. Jun. - Canonicus par 95
ratus debet habere locum et-
iam à Decano.

1611. 17. Sept. - Commendata 96
rio, sive ejus Procuratori non
defertur Liber osculandus in
Missa,

1612.

1612. 28. Jan. - Tenentur omni-97.
no Canonici ad cantandam
Missam de die , ut lucrentur
distributiones.
1612. 7. Jul. - Inferiores Episco-98.
po, non debent sumere de Al-
tari Paramenta pro Missa.
1612. 24. Mar. - Collegiata in-99.
signis ab ejus erectione præ-
cedit aliis Collegiatis anti-
quioribus.
1612. 10. Nov. - Altare portati-100.
le ligneum cum Ara lapidea
permitteri debet , non obstante
Constitutione Synodali, dum-
modo habeat solitum Reli-
quiarum repositorium.
1614. 19. Jan. - Solus Episco-101.
pus potest habere Fenestras
in Ecclesia , per quas in eam
prospectus haberi possit.
1614. 12. Apr. - Si incapta Con-102.
secratione Ecclesiæ, correptus
morbo. Episcopos deficiat , &

G. 3.

præ.

praesertim antequam ungan-
tur Cruces, resumenda est à
capite consecratio.

1614. 19. Maji. - Anniversaria, & 103.
Missæ de *Requiem*, quæ certo
die dici debent, eo impedito,
transferri possunt in sequen-
tem. § Vide infra num. 150.
248. & 294.

1614. 19. Maji - Canonici Mis- 104.
sam celebrantes coram Epi-
scopo non debent sedere in
Sede cum postergali, sed in
Scamno oblongo tapete, vel
panno copperso in latere E-
pistola.

1614. 5. Jul. - Episcopus prohi- 105.
bere, ne Campanæ nondùm
benedictæ pulsentur.

1615. 12. Nov. - Non debent 106.
Regulares in Canone nomi-
nare Superiores suos, ut An-
tistes. § Vide infra num.
350.

1616.

1616. 30. Jan. - Clavis Hostiæ 107.

repositæ in Feria quinta Cœ-
næ Dominicæ non est danda

Laico quantumvis nobili.

1616. 30. Jan. - Absente Episcopo 108.

po, thurificandus est Cele-
brans triplici ductu.

1616. 28 Maji. - Archidiaconus, 109.

si est prima Dignitas, debet
facere officium Presbyteri as-
sistentis, si est Sacerdos, & re-
cusans, cogendus est pœnis, &
censuris.

1616. 10. Jun. - Canonicus 110.

Hebdomadarius officium fa-
ciens, debet habere locum su-
per omnes Dignitates, & Ca-
nonicos. § Vide infra num.

147.

1617. 14. Jan. - Crux in Proces- 111.

sionibus deferenda est à Regu-
laribus cum velo pendente,
seu pallio.

G 4 1617.

1617. 18. Apr. • Accensis suo 112.
tempore candelis, non diffe-
ratur Officium, licet absit Heb-
domadarius, sed jussu Majoris
suppleat alius.

1617. 18. Apr. - Ad majorem in 113.
Choro spectat intonare initi-
um Officii per *Pater noster*, &
idem, eo finito, dabit signum,
ut incipiatur Hora.

1617. 18. Apr. - Idem dicet: *Di-* 114.
es, & actus, &c. Adiutorium,
&c. Dominus nos Benedicat,
&c. Noctem quietam, &c. Be-
nedicat & custodiat, &c. &
Dominus det nobis suam pa-
cem, nisi alia sit consuetudo.

1617. 18. Apr. - Nemo exeat de 115.
Choro, etiam expleto Officio,
nisi dato à Majore signo fi-
nis.

1618. 12. Mar. - Sub nomine Fe^s 116.
sti novem lectionum venit et-
iam Dominica, ideoque non
est.

112. est FERIA prima, ut si in ea oc-
currerit Festum duplex, in
Cathedralibus, & Collegiatis
canendæ sint duæ Missæ.
113. 1618. 18. Mar. - Canonici non 117.
debent ascendere ad stallum
Dignitatum, si absint.
114. 1618. 21. Maji. & Capuccini in 118.
Processionibus possunt erige-
re, & deferre propriam Cru-
cem. § Vide infra num. 122.
115. 1618. 2. Jun. - In Festo Corporis 119.
Christi non est deferenda in
Processione Eucharistia Sa-
cerdotum humeris, sed Cele-
brantis manibus.
116. 1618. 21. Jul. - In Personarum 120.
incensatione, tota thurifica-
tio faciendæ est cum unico
thuribulo, si talis sit consue-
tudo.
1619. 23. Febr. - Etiam si Colle- 121.
giata habeat omni modam
præcedentiam supra Matri-
cem.

G. s.

cem.

cem, non tamen potest prius
pulsare Campanus in Sabbato
Sancto.

1619. 23. Mar. - Capuccini post 122
sibi concessam propriæ Cru-
cis erectionem debent in Pro-
cessionibus locum cedere Re-
gularibus illis, qui sub propria
Cruce, & in proprio lo-
co incedebant, antequam
ipsi Crucem propriam defer-
rent. § Vide infra num.
133.

1619. 23. Mar. Collegiata sim- 123
plex præcedit Parochialibus,
etiamsi, antequam erigere-
tur, illis cederet.

1619. 2. Maji. - Dedicatio Ec- 124
clesiæ Cathedralis celebranda
quidem est in Diœcesi sub
ritu duplici primæ classis,
sed sine Octava. § Vide
infra quoad Regulares num.
226.

1619.

1619. 10. Aug. - Canonici Eccle- 125.
siæ Cathedralis præcedunt Ca-
nonicos Collegiatæ.
1619. 19. Aug. - Prior Collegia- 126.
tæ si inter sit in Cathedrali, thu-
rificandus est duplici ductu,
sicut Dignitates, & Canonici,
licet non habeat præcedenti-
am super illos.
1619. 24. Aug. - Absente Episco- 127.
po, spectat etiam ad Vicari-
um Generalem edicere, & di-
rigere Processiones cum con-
silio Capituli.
1620. 6. Maji. - Potest Episco- 128.
pus cogere Canonicos ad di-
scendum cantum Gregoria-
num, etiam per subtractionem
fructuum.
1620. 2. Jul. - Regulares in ce- 129.
lebratione Missæ possunt an-
nunciare Dies festos, & Jeju-
nia in suis Ecclesiis.
1620. 22. Aug. - In Oratione A 130.
G 6 cun-

cunctis, nomina Patronorum
S. Michaelis Archangeli, &
S. Joannis Baptistæ præponen-
da sunt Apostolis.

1620. 12. Dec. • Prima Dignitas 131
debet assistere Episcopo cele-
branti, licet sit unica.

1621. 30. Mar. • Si in communi 132
nibus Sanctorum Suffragiis
facienda sit commemoratio
de Cruce tanquam de Titulo
Ecclesiæ, sufficiet ea ordinaria,
quæ habetur in Psalterio,
quando scilicet Officium cur-
rat feriale.

1621. 10. Jul. - Erectio Crucis 133
Capuccinis concessa fuit in
illis tantum Locis, in quibus
sub Cruce Minorum Conven-
tualium incedebant, & ideo in
Locis, in quibus jam sub pro-
pria Cruce, seu in proprio lo-
co sub Cruce Cleri in Proces-
sionibus ante hujusmodi con-
ces-

cessionem incedebant, eundem locum retinere debent.

1622. 19. Febr. - In Feria sexta 134.
in Parasceve non est administranda Eucharistia, nisi Infirmis.

1622. 6. Maji. - Moniales, quæ 135.
Breviario Romano uti consueverunt, non sunt compellendæ ad recipiendum Monasticum. § Vide infra num. 136.

1622. 24. Maji. - In Officio de 136.
Festo Conceptionis Beatae Mariæ Virginis non aliud nomen adhibeatur, quàm Conceptionis.

1623. 9. Dec. - In Festo Stigmatum S. Francisci Color Albus est adhibendus. 137.

1624. 24. Jul. - Rubricæ de Ave 138.
Regina Cælorum additum est ly *Inclusivè*, ideoque in fine Completorii diei secundæ.

G. 7 cundæ

cundæ Februarii, omiffa Antiphona finali *Alma Redemptoris*, dicenda est *Ave Regina Cælorum*. § Vide infra num. 270.

1624. 23. Dec. - Regulares Ordinis Minorum, dum nominant in Orationibus, Versiculis, cæterisque actibus inter Divina Officia occurrentibus Sanctum Franciscum præfati Ordinis Fundatorem, non debent ad jungere *ly de Paula*. § Ex hoc Decreto, quid in similibus sit faciendum, infertur.

1624. 23. Dec. - Symbolum S. Athanasii, quod dicitur ad Primam, laudabilius in Choro recitatur stando.

1625. 13. Mar. - Imagines illorum, qui cum Sanctitatis, seu Martyrii fama decesserunt, non sunt apponendæ in

in Oratoriis, vel Ecclesiis tam
Sæcularibus, quàm Regula-
ribus, antequam declarentur
Beati, neque ad eorum Sepul-
chra accendendæ sunt lam-
pades, aut tabellæ affigendæ
sine licentia Sedis Apostoli-
cæ.

139. 1625. 13. Mar. - Non ideo præ- 142.
judicandum erit in aliquo il-
lis, qui aut per communem
Ecclesiæ consensum, vel im-
memorabilem temporis cur-
sum, aut per Patrum virorum-
que Sanctorum scripta, vel
longissimi temporis scientia,
ac tolerantia Sedis Apostoli-
cæ, vel Ordinarii coluntur.

140. 1626. 28. Mar. - Ad Invitori- 143.
um, Antiphonas, Responsorias,
141. & Versiculos in Officio par-
vo Beatæ Mariæ Virginis non
additur *Alleluja* tempore Pa-
schali.

1626.

1626. 24. Apr. - Facultas concedendi usum Pileoli in Missa spectat ac Papam. 144
1626. 16. Maji. - Non potest omitteri altera ex duabus Missis cantandis ob celebrationem Capituli Canoniorum. 145
1626. 18. Jul. - Celebrans, qui distribuit Cineres, Candelas, & Ramos, detecto capite distribuatur. 146
1626. 12. Aug. - Prima Sedes in Choro conceditur Hebdomadario parato tantum. 147
1626. 12. Dec. - In Missa Feriæ quartæ quator Temporum occurrentis in die octava Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ dicenda est Præfatio communis, non verò de Beata Maria. 148
1627. 2. Jan. - Etiam mutato proprio Breviario, & Romano acceptato, retinenda est ea
con-

consuetudo recitandi quoti-
die Officium parvum Beatae
Virginis Mariae.

1627. 16. Jan. Ob Missam Vo- 150.
tivam, seu pro Defunctis non
est omittenda Missa Conven-
tuali, neque potest introdu-
ci consuetudo in contrarium
ritum, salva semper Rubrica
de Votivis assignatis sin-
gulis diebus in fine Mis-
sali.

1627. 13. Mar. - Signum, quod 151.
fit cum Patena à fronte ad Pe-
ctus, fit integrè cum signo
Crucis.

1627. 12. Jun. - In Festo Corpo- 152.
ris Christi deferatur Euchari-
stia à Celebrante, & in Vesp-
ris diei octavae, si fiat Proces-
sio, deferatur ab eo, qui can-
tavit Vesperas, modò saltem
sit Canonicus in Collegia-
tis.

1627.

1627. 12. Jun. - Absente Episco- 153.
po, Benedictiones Candela-
rum, Cinerum, Palmarum, &
Fontis fiant per eum, qui can-
taturus est Missam. S Vide in-
fra num. 204.

1627. 17. Jul. - Potest Episco. 154.
pus cogere Canonicos, ut à
Capellanis in Quadragesima
cantare faciant Missam cum
Diacono, & Subdiacono.

1627. 17. Jul. - Neque simplices 155.
Sacerdotes, neque Prothono-
tarii possunt benedicere pro-
prias Vestes.

1627. 7. Aug. - Coadjutor Epi- 156.
scopi celebrans, præter Diaco-
num, & Subdiaconum debet
habere assistentem Canoni-
cum pro Libro.

1627. 7. Aug. - Ad Missam Vi- 157.
carii Generalis non debent
accendi quatuor Candelæ, nec
assistere duo Capellani.

1627.

1627. 28. Aug. - Infra Octavam 158.

Epiphaniæ, Paschatis, & Pentecostes, nec non in Feria quarta Cinerum, in Hebdomada majori, in Dominicis, & in Vigiliis Nativitatis Domini, & Pentecostes non possunt dici *Votivæ Missæ privativæ*, neque *de Requiem*. § Vide infra num. 227. 267. & 335.

1627. 28. Aug. - Celebrans in 159.

Parasceve mittat Particulam in Calicem sine aliquo Crucis signo, neque se signet cum Calice.

1627. 28. Aug. - Si Festa Apo. 160.

stolorum Philippi, & Jacobi, ac Inventionis S. Crucis occurrerint infra Octavam Ascensionis, Præfatio in Missa erit de Apostolis, vel de Cruce, at *Communicantes de Ascensione*. § Idem dicendum

dum de aliis Festis, ac de *Mis-*
sis Votivis propriam habenti-
 bus *Prefationem*, & infra eam-
 dem *Octavam* celebrandis,
 sicut & hoc prorsus servan-
 dum infra *Octavam Epipha-*
niæ.

1627. 28. Aug. - Oratio impe- 16
 rata à Superiore, veluti *Deus*
refugium, omittenda est in dū-
 plicibus primæ classis. § Ro-
 mæ verò omittitur etiam in
 Festis secundæ classis. § Vi-
 de infra num. 295, & num.
 299.

1627. 28. Aug. - In fine *Missæ* 16
 ad quodcumque *Alta* re cele-
 bratæ fit reverentia *Cruci* in-
 fra gradus, capite semper a-
 perto.

1627. 19. Sept. - Vicarius ut Vi- 163
 carius non potest, absente E-
 piscopo, *Missas* cantare sole-
 mnes, *SS. Sacramentum*, aut
laeras.

facras Reliquias paratus de-
ferre, nec aliis se immiscere
functionibus Ecclesiasticis,
sed tantum præesse, ut omnia
sua ordine fiant.

1627. 25. Sept. - Si Litaniæ ma- 164.
jores occurrerint in die san-
cto Paschatis, transferantur
in feriam tertiam sequen-
tem.

1628. 29. Jan. - Baldachinum 165.
Abbatis sine auro sit, & ter in
Anno ad summum adhiberi
potest.

1629. 29. Jan. - Abbati cele- 166.
branti unica tantum Mitra
conceditur.

1628. 29. Jan. - Missa solemnis 167.
Abbatialis ter in Anno ad sum-
mum est canenda, non tamen
cum septem, sed cum sex Can-
delabais, & cum Abaco par-
vo. § Vide infra num.
195.

1628.

1628. 26. Febr. - In Ecclesiis Re- 168.
gularium habentibus Clau-
stra, fiant Processiones in-
tra Claustra tantum. Si ve-
rò non habeant Claustra, fi-
ant prope muros Ecclesiæ, si-
ue exeundo ab una Porta, &
intrando per aliam Eccle-
siæ Portam, siue per eam-
dem.

1628. 26. Febr. - Extra ambi- 169.
tum Ecclesiæ non licet Regu-
laribus facere Processiones,
nisi de licentia, at consensu
Parochi, salvis Privilegiis,
& consuetudinibus, si quæ
sunt. § Vide infra num.
340.

1628. 17. Mar. - Si Episcopus 170.
in Festo Corporis Christi
non deferat Eucharistiam, Ca-
nonici tamen induant Sacras
Vestes.

1628. 8. Apr. - Officium fit du- 171.
plex

plex minus de illo Sancto, cu-
jus habetur Reliquia insignis,
scilicet, Caput, Brachium,
Crus, vel ea pars Corporis,
inqua passus est Martyr, dum-
modo sit integra, & non pau-
ca, & modò sit approbata,
cujus ratione recitandum
est Symbolum in Missa. §
Vide infra num. 174. 224.
& 327.

1628. 8. Apr. - Missæ de SS. 172.

Rosario, & de Monte Car-
melo, Ordinibus Prædicato-
rum, & Carmelitarum re-
spectivè & specialiter con-
cessæ, non sunt ab aliis cele-
brandæ sine speciali licentia.

§ Vide infra num. 261. §

Quoad Officium verò Rosarii
vide similiter infra num.
309.

1628. 8. Apr. - Non possunt Lo- 173.

corum Ordinarii tam sæcu-
la-

lares, quàm Regulares addere Kalendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani Rubricis, vel Sacrorum Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur.

1628. 8. Apr. - Non est celebranda per totam Civitatem, vel Diocesim *Missæ*, nec recitandum Officium de Sancto, eò quod in loco adsit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel etiam Abbatialis, aut aliqua insignis Reliquia, sed tantùm in propria Ecclesia, nisi habeatur specialis licentia.

1628. 12. Jun. - Officium Defunctorum dici potest in Choro separatim ab Officio diei in diebus exceptis à Breviario pro adimplenda Testatorum voluntate.

1628.

tariis non participantibus,
 Doctoribus quibuscumque,
 & Canonicis Cathedralium,
 § Vide tamen infra num.
 240.

1628. 9. Dec. - Solemniter con- 182
 suevisse fieri Officium signifi-
 cat Festum Populi, aut Cleri,
 cum apparatu.

1628. 9. Dec. - De Sancto Cano- 183
 nizato non potest fieri Offi-
 cium extra propriam Ecclesi-
 am sine novo Decreto.

1629. 18. Aug. Moniales in Con- 184
fitior ne dicant tibi *Mater*,
nec vobis Sorores, sed ut in
 Breviario.

1629. 26. Nov. - Officium cum 185
 Missa Beati Rocchi in ejus
 die Festo conceditur tantum
 in Ecclesiis in ejusdem hono-
 rem Deo dicatis, nisi aliud
 permittatur.

1630. 16. Febr. - Ne fiat Con- 186
 cio

cio coram SS. Sacramento
in Altari expositp, capite
tecto.

182
1630. 23. Mar. - Non possunt 187.
eligi in Patronos, nisi illi so-
lùm, qui ab Ecclesia universa-
li sub titulo Sanctorum co-
luntur, non autem Beatificati
dumtaxat.

183
1630. 23. Mar. - Electio de Pa- 188.
trono Civitatis fieri debet per
secreta Suffragia à Populo,
mediante Consilio generali
illius Civitatis, vel Loci, non
autem ab Officialibus solùm:
& accedere debet consensus
Episcopi, & Cleri illius Loci.

184
185
1630. 23. Mar. - Idem servan- 189.
dum in Patrono Regni, qui
Pariter eligendus erit per se-
creta suffragia à Populo sin-
gularum Civitatum Provin-
ciæ.

186
1630. 23. Mar. - Repræsenti- 190.
H 2 bus

bus Regnum, Civitatem, Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensu Episcopi, & Cleri dictarum Civitum.

1630. 23. Mar. - Causæ electionis novorum Patronorum deducendæ sunt in Sacra Congregatione, & ab ea examinandæ, ac tandem causa cognita ab eadem Congregatione approbanda est, & confirmanda.

1630. 28. Sept. - Soli Canonici debent facere consuetos Circulos ante Episcopum, non autem Vicarius Generalis.

1631. 22. Mar. - Non sunt inferendi in Litaniis alii Sancti præter ibi descriptos, neque tempore Pestis addendi sunt Titulares, & Civitatis Patroni

ni sine speciali concessione.

1631. 5. Jul. Qui præ timore, vel 194.
balbutie non pronunciat E-
angelium S. Joannis, quod les-
gitur in fine Missæ, sed ejus
loco aliud suo arbitrato reci-
tat, suspendendus est à Mis-
sarum celebratione, quousque
illud ritè pronunciare assues-
cat.

1631. 6. Dec. - De licentia Or- 195.
dinarum poterit Abbas uti Mi-
tra, & Baculo extra proprias
Ecclesias.

1632. 31. Jul. - Non convenit, 196.
quod prima Dignitas celebret
Missam ante Processionem
Sanctissimi Sacramenti, &
deinde altera Dignitas minor
gestet illud in Processione.

1632. 27. Aug. Pixis, in qua 197.
asservata fuit Eucharistia, non
potest vendi, vel pignorari.

1633. 12. Febr. - In Ecclesia 198
 SS. Nazarii, & Celsi trans-
 fertur Festum SS. Victoris,
 & Innocentii sub ritu semi-
 duplici celebrandum post
 Octavam, de Communi
 plurimorum Martyrum, cum
 Evangelio ut in die, & O-
 ratione propria, in qua omit-
 tuntur Socii.

1633. 30. Mar. - Canonici in 199
 Processione intra Ecclesiam
 incedant capite detecto, &
 extra eam cum Bireto in ca-
 pite.

1634. 18. Sept. - Ubi non est 200
 Auctora physicè pro licita
 Missarum celebratione, at-
 tendatur ea moraliter, &
 politicè, quando scilicet
 ibi terminare solet quies,
 & inchoari labor juxta pro-
 batam

batam Regionum consuetu-
dinem.

1635. 11. Maji. • Moniales ipsæ 201.
tenentur legere, vel cantare
cantur firmo Divinum Offi-
cium, non verò earum Ca-
pellani.

1638. 6. Febr. • In Kalendariis 202.
Locorum fiat nota *ad libi-
tum*, quando Officia non sunt
de præcepto. § Vide infra n.
280.

1638. 24. Sept. • Si Festum SS. 203.
Corporis Christi inciderit in
Vigiliam S. Joannis Baptistæ,
Jejunium celebretur in Feria
quarta proximâ præcedenti:
De Vigilia verò nihil eo An-
no fiat.

1640. 12. Apr. • Ille idem, 204.
qui benedicit Cineres primâ
die Quadragesimæ, vel Can-
delas in Festo Purificationis,
aut Ramos in Dominica

H 4

Pal-

Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem. § Hoc antea decisum fuit 26. Febr. 1628.

1641. 13. Sept. - Tolerandum, 205.
quod Canonici tribus Mensibus Anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in Sacristia.

1641. 7. Dec. - Non licet in media nocte Nativitatis Dominicæ celebrare successivè alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere Fidelibus illam deposcentibus, sed utrumque omnino prohibitum. § Hoc etiam postea decisum fuit 1664. 20. Apr. 206.

1642. 13. Sept. - Festum de Patrono principali Loci est præceptivum cum obligatione audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus. 207.

1642. 3. Oct. - Magister Cœ- 208.
remora

remoniarum tenetur perso-
naliter significare Episcopo,
quando debeat ad Ecclesiam.
Accedere profunctionibus E-
piscopalibus.

205. 1643. 8. Apr. - Personæ tantum 209.
voventes tenentur servare
Festa veluti de præcepto, quæ
inducta sunt ex voto.

206. 1645. 6. Oct. - Regulares, qui 210.
sunt in possessione præceden-
tiæ, præcedant in publicis fun-
ctionibus, & ubi non constat
de possessione, præcedant ij,
qui sunt antiquiores in loco
controversiæ.

207. 1646. 27. Jul. - Organum haberi 211.
debet etiam in Ecclesiis Col-
legiatis.

208. 1647. 10. Febr. - In Missis Votis 212.
vis de Passione, vel de Cruce,
quæ dicuntur infra Hebdoma-
dam Passionis, non est omit-
tendus Psalmus *Judica me De-*

us, neque *Gloria Patri* ad Introitum, & *Lavabo*, licet hæc omnia omittantur in Missa de Tempore. § Adhibita diligentia hoc Decretum non existit, sed talis est Doctorum ferè omnium sententia.

1650. 18. Febr. - Candelæ, Cineres, Palmæ, distribuuntur stando cum Mitra in capite ab eo, qui Privilegium habet eam gestandi.

1652. 5. Oct. - Nemo potest excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicæ super Beatificationibus, præsertim in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis, sine expressa licentia prædictæ Sedis Apostolicæ.

1653. 12. Aug. - Festum, quod in aliqua Ecclesia celebratur

tur ratione Corporis, vel insignis Reliquiæ, non habet Octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica.

1658. 20. Sept. - Tam minores 216.

Conventuales, quàm Observantes Reformati S. Francisci possunt in propriis suorum Ordinum Ecclesiis solemnizare Festum S. Antonii Patavini ea ipsa die, in quam incidet, dummodo Reformati à Processionibus abstineant in eodem loco. § Vide infra n. 219.

1658. 28. Sept. - Sine in Locis 217.

Dicæcesis nullus reperiatur electus Patronus, tenetur Dicæsis non solum ad Festum de Patrono Civitatis, sed etiam ad Octavam.

215. 1659. 24. Jun. - Non licet in 218.

Ecclesiis, in quibus non asser-
H 6 vatur

vatur SS. Sacramentum, celebratio Missæ in Feria quinta in Coena Domini, nec ejusdem Augustissimi Sacramenti asservatio in Sepulchro.

1659. 27. Sept. • Beatorum nomina non apponantur in Kalendaris, nisi illius tantum Loci, earumque Personarum, in quo, & à quibus Cultus cum Officio, & Missa celebratur.

1659. 27. Sept. • Non sunt invocandi Beati in publicis precibus, præter indultas, & approbatas, nec eorum Reliquiæ in Processionibus circumferendæ.

1659. 22. Nov. • Si infra Hebdomadam Passionis occurrerint Dies infra Octavam apud Privilegiatos, tam in Missa Conventuali de Feria, quàm in privatis de Octava, vel etiam de

de eadem Feria, omittenda est
 tertia Oratio *Ecclesie*, vel pro
 Papa. § Vide infra num. 278.
 & 279.

1660. 17. Apr. - Licet non sint 222.
 celebrandi Dies festi in Bea-
 torum honorem, hoc tamen
 non extenditur ad Festa De-
 votionis.

1660. 17. Apr. - Indulta recitan- 223.
 di Officium cum Octava, &
 celebrandi Missam de Beatis,
 non sunt revocata per Decre-
 tum editum sub die 27. Sept.
 1659. §. Vide infra num.
 224.

1660. 17. Apr. - In illis Ecclesiis, 224.
 in quibus Officium, & Missa
 de Beatis recitari, & respecti-
 ve celebrari possunt, licet eo-
 rum Reliquias exponere, Ima-
 gines, vel Simulachra super
 Altari collocare, ac votivas
 Tabellas ibidem appendere.

H 7

1660.

1660. 17. Apr. - Episcopi Regu- 225.
 lares, qui ex indulto Sedis
 Apostolicæ gaudent Privile-
 giis suæ Religionis, de quibus
 sunt capaces pro eorum con-
 ditione, non possunt de Bea-
 tis suæ Religionis recitare
 Officium, & in propriis Ca-
 thedralibus Missam celebrare,
 & Altare prædictis Beatis e-
 rigere.

1662. 8. Apr. - Regulares tenen- 226.
 tur quidem celebrare Festum
 de Dedicatione Ecclesiæ Ca-
 thedralis, sed sub ritu dupli-
 ci secundæ classis sine Octa-
 va.

1662. 5. Aug. - In Festo duplici 227.
 non sunt dicendæ Missæ Vo-
 tivæ privatæ, aut de *Requiem*.
 § Hoc Decretum intelligen-
 dum est etiam de Festo du-
 plici translato. § Vide infra
 num. 248. & 257.

1662.

25. 1662. 5. Aug. - Non sunt trans- 228.

ferendæ Missæ privatæ de
Requiem, quæ ex Benefacto-
rum præscripto celebrandæ,
incidunt in Festum duplex,
sed dicendæ sunt de Festo
currenti cum applicatione
Sacrificii juxta mentem Bene-
factorum. § Vide infra num.
260.

26. 1663. 9. Apr. - Nullo modo sunt 229.

permittendæ duæ Processio-
nes de eodem Festo, in eodem
Loco, eodem die.

27. 1663. 4. Aug. - Manus Sacerdo- 230.

tis ad *Hanc igitur oblationem*
debent ita extendi ut palmæ
sint apertæ, pollice textero su-
per sinistrum in modum Cru-
cis supra manus, non verò in-
fra manus.

1663. 4. Aug. - Passio in Heb- 231.

domada majori legenda in
Missis privatis in cornu Evan-
gelii,

geliū, licet in Missa solemnī
legatur à Celebrante in cor-
nu Epistolæ. § Vide infra
num. 334.

1663. 4. Aug. - Non solum Cruces, & Imagines Salvatoris, sed etiam Icones Altarium, & omnes aliæ Imagines Sanctorum tegendæ sunt in primis Vesperis de Dominica Passionis.

1663. 4. Aug. - Hebdomadarius in decantandis Horis Canonicis non debet uti Stola.

1663. 4. Aug. - Cruces, quæ fiunt à Sacerdote super Oblata, non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta in transversa parte Crucis.

1663. 4. Aug. - Licet Episcopus non celebret, sed tantum assistat Missæ solemnī, Celebrans debet ad Confessionem responderè Episcopo usque ad

Ino.

Indulgentiam inclusivè, non
verò simul cum illo dicere *In*
nomine Patris, &c.

1663. 4. Aug. - Pars in ferior 236
Hostiæ, non autem superior
præcidenda est, quando dici-
tur *Pax Domini sit semper vo-*
biscum.

1663. 4. Aug. - Finito Evange 237
lio Missæ solemnis, cui assistit
Episcopus cum *Cappa*, *thuria*
ficandus est *Celebrans*, non
verò *Episcopus.*

1663. 4. Aug. - Sacrificia in Die 238
Commemorationis omnium
Fidelium defunctorum pos-
sunt applicari ad libitum, sci-
licet, tum in genere pro omni-
bus, tum etiam in specie pro
aliquibus *Defunctis.*

1663. 3. Aug. *Canonici Pluvia* 239
li, Planeta, Dalmatica, vel Tu-
nicella induti non possunt de-
ferre *Almucias*: *Canonico*
verò

verò defuncto, etiam Sacris Vestibus induto imponi potest Almucia super brachium,

1663. 4. Aug. - Possunt Canonici Missam celebrare cum Anulo aureo, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie.

1664. 12. Jul. - Recitantes ex legitima concessione Officium de SS. Corpore Christi in feria quinta per Annum non impedita, illud recitare debent, ut præscribitur in die ejusdem Solemnitatis, Missam verò celebrare de Communi, seu Votivam.

1664. 12. Jul. - Infra Octavam SS. Corporis Christi non est agendum de Officiis translatis ritu duplici primæ classis non decoratis, ideoque si Festum S. Antonii Patavini,

ni, quod apud Franciscanos celebratur sub ritu duplici secundæ classis, inciderit in prædictum Festum de SS. Corpore Christi, transferatur post Octavam. § Vide infra num. 257.

1664. 12. Jul. - Lectiones primi Nocturni in Officio de Festo duplici majori sumendæ sunt (nisi sint propriæ) ex ejus Communi, non verò ex Scriptura occurrenti. § Licet occurrat Initium. 243.

1664. 22. Jul. - In Missis de Beatis non est dicendum Symbolum, ubi scilicet est permessa hujusmodi celebratio. § Nisi adsit Reliquia. 244.

1664. 12. Jul. - Dedicatio Apostolorum, & S. Salvatoris extra Urbem non habet integras Vesperas, si die præcedenti, vel sequenti celebratur. 245.

tur

tur Officium duplex minus.
 § Idem dicendum de die octava Dedicacionis, ubi celebratur, quod clarius patet ex numero sequenti. § Vide infra num. 337.

1664. 12. Jul. - Dies Octava 246
 non privilegiata dimidiat Vesperas in concurrentia cum Festo duplici minori. § Excipe tantum Dies Octavas Beatæ Virginis Mariæ, ut inferitur ex inferius dicendis num. 274. & clarè patet ex num. 316.

1664. 15. Sept. - Non permittitur 247
 ad Altare majus celebratio Missæ, dum dicuntur in Choro Matutinum, & Horæ. § Hoc etiam antea decisum fuit 1617. 18. Apr.

1664. 22. Nov. - Anniversaria, 248
 & Missæ de Requiem, quæ ex dispositione Testatorum cum cantu

cantu sunt quotannis celebranda, possunt cantari, etiam si ipsorum obitus Dies incidit in Festum duplex majus.

§ Vide infra num. 294.

1666. 23. Febr. - Ad octavam 249.

Benedictionem in Festo Conversionis S. Pauli Apostoli non dicitur *Cujus Conversionem colimus*, sed *Cujus Festum*.

§ Patet ex hoc, quid sit faciendum in Officiis Translationis, Apparitionis, Ordinationis, vel Inventionis, aut similibus.

1666. 23. Febr. - In expositione, 250.

aut repositione SS. Sacramenti, ad v. *Panem de Cælo* semper additur *Alleluja*, præterquam à Septuagesima usque ad Sabbatum Sanctum.

1666. 18. Sept. - Si simul sint 251.

transferenda Festa S. Marci Evangelistæ, & SS. Apostolorum

rum

rum Philippi, & Jacobi cum prius reponatur Festum S. Marci, deinde Festum Apostolorum.

1666. 18. Sept. - Ad Responso- 252
rium breve Completorii in Dominica Passionis ne omit- tatur *Gloria Patri*, si die se- quenti fiat de Festo semidu- plici.

1667. 22. Jan. - Missæ de Festo 253
duplici celebratæ in Altari Animabus perpetuò Privile- giato, & in quo proinde quo- tidie, etiam in duplicibus ce- lebrandæ essent Missæ de *Re- quiem* ex obligatione, suffra- gantur, ac si celebratæ fuissent pro Defunctis juxta formam Privilegiorum. S Vide infra num. 256.

1668. 9. Jun. - Sacerdotes (sive 254
Capellani sint, sive non) qui recitant Officium semi- du-

duplex, simplex, vel feriale,
 si celebrent in aliqua Eccle-
 sia Regularium, in qua fit de
 Festo duplici, non debent
 dicere Missam de *Requiem*.

Quod si Festum illud duplex,
 de quo agunt Regulares
 (sub quo nomine veniunt
 etiam Moniales) habuerit
 Missam propriam omnibus,
 & solum Regularibus conce-
 sam, sacerdotes Sæculares
 celebrantes in eadem Eccle-
 sia Regularium, Missam qui-
 dem dicant de Festo duplici,
 sed cum Missali Romano,
 ex Decreto S. R. G. 1622.
 19. Nov. § Quoad Missale vi-
 de infra num. 259.

1669. 8. Jun. In Officio de 255
 die infra Octavam SS. Corpo-
 ris Christi non legitur no-
 na lectio de Festo simplici:
 Quod si Festum illud sim-
 plex

plex occurrerit eo die, quo fit de Festo duplici infra eandem Octavam, tunc non omittitur, sed legitur nona lectio de eodem Simplici, dummodo Festum illud non sit duplex primæ classis.

1669. 23. Sept. - Decretum superius positum num. 253. extenditur etiam ad Altaria non in perpetuum, sed ad septennium seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum Hebdomadæ diebus Privilegiata, ac proinde Missæ de Festo duplici, quæ sive ex obligatione, sive ex sola Fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, prout in Decreto supra citato. § Vide infra num. 307.

1670. 21. Jun. - Infra Octavam SS. Corporis Christi non sunt
di-

dicendæ Missæ Votivæ priva-
tæ, aut de *Requiem*. § Vide
infra num. 335.

1662. 14. Maji. - In Missis Voti- 258.

vis privatis non est dicendus
Hymnus Angelicus, nisi fue-
rit Missa Angelorum, in qua
quotidie est recitandus, vel
Missæ de Beata Maria, in qua
quolibet Sabbato dici debet.

1672. 27. Aug. - Si Moniales 259.

non habeant Missale à Roma-
no diversum Sacerdotes, in
earum Ecclesiis celebraturi,
possunt dicere proprias Mis-
sas ipsis Monialibus concessas.

§ Vide infra n. 353.

1676. 23. Jun. - Clausula posita 260.

in Brevibus Indulgentiarum,
scilicet: *Volumus autem, ut si
aliàs Christi Fidelibus dictam
Ecclesiam visitantibus aliqua
alia Indulgentia perpetua, vel
ad tempus nondum elapsum du-*

I

ratus

ratura, concessa fuerit, presentes Litterae nullae sint, non comprehendit Altaria Privilegiata pro Defunctis, § Vide infra num. 342.

1678. 29. Oct. - Missa de SS. 261.
Rosario potest quidem dici à Saecularibus, sed ut in Festo ad Ninives, cum Oratione propria, quae apponi solet in calce Missalis novi. § Quoad Officium vide infra num. 309.

1679. 30. Sept. - In aspersione 262.
Aquaë benedictae, quae Diebus Dominicis fit à Sacerdote Alba, & Stola induto, vel etiam cum Pluviali, immediatè celebraturo Missam Conventualem, Stola aptanda est ante petus ad modum Crucis, non verò pendens à collo ad utrumque latus.

1679. 30. Sept. - Sacerdotes in 263.
die

die Cœnæ Dominicæ Sanctis-
simum Christi Corpus sum-
pturi possunt deferre Stolam,
vel ante pectus ad formam,
Crucis, vel à collo penden-
tem. § Vide infra n. 326.

1679. 30. Sept. • Festum du - 264.
plex occurrens ante Octavam
non privilegiatam, non est
transferendum post Octa-
vam, sed infra eandem ce-
lebrandum primâ die non im-
pedita.

1679. 10. Sept. • Missa assigna - 265.
ta Festivitati Conceptionis
Beatæ Virginis Mariæ, non
est dicenda in Sabbatis, ut Vo-
tiva.

1680. 7. Sept. Officium parti - 266.
culare alicujus Diœcesis, vel
Religionis, quod occurrit
die vigesima quinta Februa-
rii, est transferendum in An-
no Biffex tili ad primam diem

non impeditam, dummodo non sit duplex primæ classis.

1680. 7. Dec. - Occurrentibus 267
eadem die duobus Festis duplicibus infra Octavam SS. Corporis Christi, non est de translato agendum die immediate sequenti non impedita, sed post Octavam, nisi fuerit ex solemnioribus primæ classis.

1680. 7. Dec. - Si occurrat Offi- 268
cium novem lectionum de pluribus Virginibus simul & Martyribus eo die, quo cadit Festum simplex ejusdem qualitatis, servanda est pro commemoratione Simplicis Antiphona *Istarum est enim.*

1680. 7. Dec. - Officia Sancto- 269
rum quæ alicubi supersunt de Mense Decembri, transferri possunt in Annum sequentem.

1681.

1681. 11. Jan. - Licet transferatur Ffestum Purificationis Beatae Virginis Mariae, attamen *Ave Regina Caelorum* dicenda est die secunda Februarii post Completorium, etiam in Ecclesia propria. 270.
1681. 1. Mar. Officium semiduplex, quod occurrit in Dominica infra Octavam non privilegiatam, non est celebrandum in feria secunda sequenti, licet non impediata, si habeatur reponendum aliud Ffestum altioris ritus. 271.
1681. 1. Mar. - Officia concessa semel in Hebdomada, non sunt celebranda in Adventu, Quadragesima, quatuor Temporibus, nec in Vigiliis, nisi aliter concessione exprimatur. 272.
1681. 1. Mar. - Ubi Ffestum S. Thomae Episcopi & Martyris celebratur sub ritu duplici, si

occurrerit in eo Dominica,
die sequenti fiat Officium de
die infra Octavam Nativita-
tis Domini.

1681. 1. Mart. - Si transferatur 274.
Festum S. Luciae in feriam
secundam ratione Domini-
cae privilegiatae, Vesperae e-
runt de die octava Conceptio-
nis cum commemoratione
S. Luciae, § Vide infra num.
316.

1681. 1. Mar. - Quotiescumque 275.
que in Sabbato ante Domini-
cam privilegiatam Officium
fuerit de septima die infra
aliquam Octavam, Psalmi
Vesperum erunt de Psalterio,
Capitulum de Dominica se-
quenti, cum sola commemo-
ratione de die Octavo. §
Hoc etiam antea decisum fuit
1622. 9. Nov.

1681. 1. Mar. - In Processioni- 276.
bus,

bus, quæ fiunt cum SS. Sacramento, qui incedunt ante illud, in occurſu, & tranſitu à latere ejuſdem, debent facere genuflexionem, dummodo videant prædictum SS. Sacramentum.

1681. 1. Mar. - In Proceſſionibus Candelarum, Palmarum, & ſimilium, quæ fiunt intra Eccleſias ſine Sacramento, non eſt pulſanda Campanula ad elevationem SS. Corporis Chriſti in Miſſa privata: Quod ſi pulſetur, & advertatur elevatio, tunc genuflexendum utroque genu à tranſeuntibus ante Altare, ubi Miſſa celebratur, & deſiſto SS. Sacramento, progrediendum: Similiter, ſi alii tranſeant in elevatione Calicis.

1682. 24. Jan. - Qui habent 278,
14 Pri.

Privilegia celebrandi Octavas
in Quadragesima, non ideo
debent facere commemora-
tionem in Feria quarta Cine-
rum.

1682. 24. Jan. - Si in Quadrage- 279
sima Officium occurrerit de
die infra Octavam, debent
prædicti Privilegiati dicere
Missam Conventualem de Fe-
ria cum commemoratione
Octavæ; Missæ verò priva-
tæ dici possunt de Octava cum
commemoratione Feriæ, ut
præscribit Rubrica Missalis
tit. 3. de Fer. & Vig. num. 2.

1682. 24. Jan. - Festa ad libi- 280
tum occurrentia in diebus
Dominicis, Octavis, & Nata-
litiis Sanctorum alicujus Dice-
cesis, vel Religionis, sunt o-
mittenda. §. Vide infra num.
284.

1682. 24. Jan. - Officia ad libi- 281
tum.

tum occurrentia eo die, in quo aliàs aliquod Festum translatum poni deberet, vel in quo agendum esset Officium concessum semel in Hebdomada, vel in *Mense*, possunt celebrari, protracto ulterius ad aliam diem Festo translato, vel omisso Officio per Hebdomadam, aut per *Mensem* concessio.

1682. 24. Jan. - Regulares non 282.

tenentur recitare Officia de Patronis minus principalibus, nisi sint descripta in Kalendario Romano, vel in proprio dictorum Religiosorum.

1682. 3. Jun. Regulares tenen- 283.

tur celebrare sub ritu duplici primæ classis cum Octava Festum de Dedicacione, & de Titulari Ecclesiæ illius Conventus, in quo morantur.

1682. 13. Jun. - Si Festum ad li- 284.

I 5 bi-

bitum non potuerit celebra-
ri, & habuerit etiam ritum
simplicem de præcepto, eo
Anno non omittatur, sed cele-
bretur ritu simplici. § Vide
infra num. 304.

1682. 13. Jun. - In repositione 285
duorum, vel plurium Festo-
rum ritum habentium eum-
dem, & die occurrentium di-
versa, attendatur prioritas
translationis, nisi attendenda
sit major dignitas. § Vide in-
fra quoad majorem dignita-
tem num. 296.

1683. 13. Jun. - Si Festum San- 286
cti Confessoris transferatur
in proximè sequentem diem,
in Hymno *Iste Confessor* nulla
fiat mutatio Versiculi, sed
dicatur *Mervit beatus*, dum-
modo primæ Vesperæ non
sint impeditæ. § Vide infra
num. 323,

1683.

1683. 20. Mar. • Officia affixa 287.

diebus Dominicis, ut de SS. Rosario, & de Patrocinio Beatæ Virginis Mariæ, si sint impedita Festo altioris ritus, vel dignitatis, sunt omittenda. § Quoad festum SS. Rosarii, hoc etiam antea decisum fuit 1638. 6. Febr. § Vide tamen infra num. 305.

1683. 20. Mar. • Regulares te- 288.

nentur quidem celebrare sub ritu duplici primæ classis Festum de Patrono principali Loci, Regni, seu Provinciæ, & de Titulari Ecclesiæ Cathedralis, sed ad eorum Octavas non tenentur.

1683. 20. Nov. - Si concedatur 289.

pro aliquo Festo ritus duplex sine expressione majoris, vel minoris, concessio intelligatur de duplici minori, etiamsi ad honorem Dei paræ

paræ

paræ facta fuerit. § Vide infra num. 332.

1684. 13. Jun. - In Ecclesiis titularibus Beatæ Virginis Mariæ facienda est in Suffragiis commemoratio de eadem Beata Maria, non obstante, quod in choro recitetur ejusdem Officium paruum. § Hoc etiam antea decisum fuit. 1604. 10. Jan.

1684. 23. Sept. - In Festo Nominis Beatæ Virginis Mariæ non est facienda commemoratio de ejusdem Nativitate, & in secundis Vesperis de Nativitate cadentibus in Sabbato, non est facienda commemoratio de prædicto Nomine. § Vide infra num. 303.

1684. 2. Dec. - Canonici Lateranenses extra Urbem existentes, licet possint, & valeant celebrare Officia Sanctorum quorum

quorum Reliquiæ in Basilica
Lateranensi reperiuntur, non
ideo in *Missa* dicere debent
Credo. § Vide infra num.
301.

1684. 2. Dec. - Sola ratione SS. 293.
Sacramenti expositi non est
dicendum *Symbolum* in Mis-
sis privatis.

1684. 2. Dec. - Durante exposi- 294.
tione SS. Sacramenti non pot-
est regulariter celebrari *Missa*
de *Requiem*, neque cantari
pro adimplenda mente Testa-
toris, sive Anniversario satis-
faciendo, licet currat Offici-
um hujusmodi *Missas* admit-
tens.

1684. 2. Dec. - Potest fieri com- 295.
memoratio de SS. Sacramen-
to, si expositum sit, etiam in
Missa de Festo duplici, quod
non sit primæ, vel secundæ
classis.

I. 7

1684.

1684. 2. Dec. - In occurſu non 296.
 poteſt transferri Officium
 proprium alicujus Dioceſis,
 vel Religionis, ut eo die aga-
 tur de Feſto ad libitum, ne o-
 mittatur. § Vide infra num.
 318.

1684. 2. Dec. - Qui celebrat 297.
 Miſſam de Beata Maria eo die,
 quo fit de aliquo Feſto ſe-
 miduplici infra Octavam e-
 juſdem Beatae Mariae, debet
 dicere Miſſam de Octava,
 ſed more Votivo, ſine
Gloria, & ſine *Credo*, niſi fue-
 rit Sabbatum, quia tunc
 dicenda erit *Gloria*, ſine
Credo.

1684. 2. Dec. - Qui in Sabbato 298.
 recitat Officium de Beata
 Maria, ſi celebret Votivam
 de aliquo Sancto, non debet
 dicere *Gloria*, neque Præfa-
 tionem Beatae Mariae.

1684.

1684. 2. Dec. - Non est omit- 299.
tenda una ex assignatis Ora-
tionibus in Missali, veluti
A cunctis, ut ejus loco dica-
tur aliqua Oratio imperata ab
Episcopo, veluti *Deus Refu-*
gium, neque ut recitetur per-
ultimo loco Oratio pro De-
functis.

1684. 2. Dec. - Licet in illis Ec- 300.
clesiis, in quibus adest inve-
terata Consuetudo cantandi
Missam Votivam de Beata
Maria singulis diebus Sabba-
ti, possit hic pius usus, seu
Populorum Devotio conti-
nuari etiam in Sabbatis Festo
duplici impeditis, non est ta-
men omittenda Missa Con-
ventualis.

1684. 2. Dec. - Qui recitat Of- 301.
ficium de Sancto, de quo ha-
bet insignem Reliquiam in
propria Ecclesia, si celebret
eo

eo die in alia Ecclesia, debet
omittere *Credo*.

1684. 2. Dec. - Licet Rituale 302
dicat, quod post *Absolutio-*
nem, quæ fit super Cadaver in
Die Obitus, vel super Tumu-
lum in Anniversario, dicto v.
Requiescant in pace, subiungi
debet, *Anima eius, & Anima*
omnium Fidelium defunctorum
per misericordiam Dei requi-
escant in pace, nihil tamen ad-
dendum super Lecticam, seu
Castrum doloris in Die Com-
memorationis omnium Fide-
lium defunctorum. § Vide
infra num. 310.

1685. 15. Sept. - Si Officium 303
Nominis Beatæ Virginis Ma-
riæ venerit in Die Octava Na-
tivitatis ejusdem, Officium
erit de Nomine, omissa in u-
triusque Vesperis, & Laudi-
bus commemoratione de
præ-

prædicto die Octavo Nativitatis. § Vide infra num. 305.

1686. 4. Maji. • Cùm primùm 304.
habita fuerit notitia de obitu alicujus Personæ cantari poterit Missa de *Requiem* etiam in Festo duplici, quod non sit de præcepto, nam in hoc casu prædicta Missa erit differenda.

1686. 20. Jul. - Officium Nominis Beatæ Virginis Mariæ occurrens in Festo Exaltationis Sanctæ Crucis, vel in alio altioris ritus, aut dignitatis, transferatur, non verò omitatur. 305.

1686. 20. Jul. • Si plura sint 306.
transferenda Festa, quæ eadem die occurrunt, & quibus non convenit ratio majoris dignitatis, attendatur in eorum repositione major Apparatus,

ratus, vel Populi Concurfus,
ex quo vocatur etiam major
Solemnitas, fupposito ta-
men, quod fint ejusdem
ritus.

1688. 3. Apr. - Decreta fuperi- 307.
us pofita num. 253. & 256.
licet comprehendant tantum
Fefla duplicia, intelligenda
tamen funt etiam de Domi-
nicis, de diebus infra Octa-
vas Epiphaniae, Pafchatis, Pen-
tecoftes, & Corporis Chri-
fii, & de omnibus aliis diebus,
quibus juxta Rubricas non
poffunt celebrari Miffae De-
functorum.

1688. 16. Apr. - Quando dici- 308.
tur Oratio *A cunctis*, vel *Ec-
clefia*, non eft dicenda Oratio
Contra Paganos, vel alia hu-
jusmodi, quia fufficienter una
continet, quod & altera.

1688. 23. Sept. - In illa Eccle- 309.
fia,

307.
 sia, ubi adest Capella, vel Altare SS. Rosarii, potest celebrari Officium de eodem SS. Rosario sub ritu duplici majori in Dominica, quæ vel occurrit in Kalendis, vel prima est post Kalendas Octobris. S. Hoc tamen antea concesserat Gregorius Decimus tertius 1573. 1. Apr.

308.
 1688. 5. Oct. - Si in Die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum occurrerit Dominica, vel alicubi Festum de præcepto diei Dominico æquale, Officium cum Missa Defunctorum transferatur in diem sequentem, etiam Festo duplici impeditam.

309.
 1689. 29. Jul. - Quando dicitur Collecta, vel Missa Contra Paganos, non potest mutari nomen Paganorum, dicendo,

do, *Turcarum, Hæreticorum,*
&c.

1690. 11. Febr. & 11. Mar. - In 311
 Sabbato Sancto omnino pro-
 hibentur Missæ privatæ, etiam
 post pulsationem Campana-
 rum, in quacumque Ecclesia,
 aut Oratorio privato, non
 obstante contraria consuetu-
 dine.

1690. 11. Mar. - Si Festum An-312
 nunciationis Beatæ Virginis
 Mariæ occurrerit in Feria
 sexta in Parasceve, vel in Sab-
 bato Sancto, transferatur ejus
 Officio unà cum præcepto au-
 diendi Missam, & vacandi ab
 Operibus servilibus ad Feri-
 am secundam post Domini-
 cam in Albis, protracto ad al-
 liam diem Festo in ea occur-
 rente, nisi fuerit duplex primæ
 classis. § Notandum primo
 quod si alicubi in prædicta Fer-
 ria

ria secunda occurreret duplex primæ classis, ibique Annunciatio celebraretur sub eodem ritu, adhuc duplex illud esset transferendum, & celebranda Annunciatio. § Notandum secundò, quod licet Annunciatio. § Notandum secundò, quod licet Annunciatio sit secundæ classis, si tamen haberetur reponendum Officium primæ classis, nihilominus in prædicto casu esset agendum de Annunciatione. § Notandum tertio, quod protrahenda ulterius Annunciatione ob Festum altioris ritus in ea occurrens, non ideo protrahenda obligatio audiendi Missam, & vacandi ab Operibus servilibus.

1690. 11. Mar. In Patronorum, 314.
sive Protectorum præcedentia servandus est Ordo Hierarchy

taxe

rarchiæ Ecclesiasticæ, & inter
Ordinem Hierarchicum ante-
rioritas in electione.

1690. 10. Jun. - Translato Fe- 315
sto, in cuius Die conceditur
Indulgentia, non transfer-
tur etiam Indulgentia, nisi
ex concessione speciali. §
Hoc etiam antea decisum fuit
1679. 30. Sept.

1691. 11. Aug. - Quæcumque 316
Dies Octava Beatæ Virgi-
nis Mariæ debet habere inte-
gras utrasque Vesperas in con-
currentia cum Festo duplici
minori.

1691. 19. Oct. - De sancto, cu- 317
jus habetur Corpus, vel insi-
gnis Reliquia, non potest fie-
ri Officium, nisi constet de
identitate, & nisi reperiatur
in Martyrologio Romano;
Reliquiæ verò à Locorum
Ordinariis approbatæ pos-
sunt

sunt exponi ad Fidelium venerationem.

1692. 30. Mar. - Officia ad libitum possunt transferri in so- lam sequentem diem, dum modo non sit impedita Festo duplici, vel semiduplici, vel non habeatur reponendum aliquod Festum translatum, cujuscumque ritus. § Vide infra num. 328. § Asserunt Aliqui hoc Decretum revocatum fuisse, sed nondum ad me pervenit sit hujusmodi revocatis.

1692. 26. Apr. - Si primæ Vesperæ de S. Martina impeditæ fuerint Festo duplici, vel Dominica, Hymnus proprius Vesperarum uniatur Hymno Matutini, & ex duobus fiat unus sub unica conclusione *A nobis abigas.*

1682. 12. Maji. - Ubi die decima octava Decembris celebratur Officium de Expectatione Beatæ Virginis Mariæ, omittendæ sunt ad Laudes Antiphonæ illæ, quæ occurrunt in illa Feria in proprio de Tempore.

1692. 12. Maji. - Si prædictum Festum Expectationis venerit in Feria quarta quatuor Temporum, nec erit dicenda nona lectio in Officio, nec legendum ejus Evangelium in fine Missæ, sed illud S. Joannis, ideoque de Feria sola fiat commemoratio in Officio, & in Missa.

1692. 17. Maji. - A die decima septima Decembris inclusive usque ad Vigiliam Nativitatis exclusive fieri potest quodcumque Officium novem lectionum, sive occurrens, sive etiam translatum. 1692.

1692. 14. Jun. - Translato Festo 323.
Sancti Confessoris ultra se-
quentem diem, in Hymno
Iste Confessor facienda est mu-
tatio Versiculi, dicendo *Me-
ruit supremos.*

1692. 14. Jun. - Si simul trans- 324.
ferenda sint Festa S. Josephi,
& Annunciationis, prius re-
ponatur Annunciatio, deinde
S. Joseph, non obstante Decre-
to edito in contrarium sub
die 12. Jun. 1682.

1692. 13. Sept. - Si Festum S. 325.
Joseph venerit in Feria quin-
ta in Coena Domini, non so-
lùm servandum erit præceptũ
vacandi ab operibus servili-
bus, sed etiam præceptum au-
diendi Missam, ideoque per
Ordinarios Locorum accura-
tè providendum, ut eo die
aliquæ Missæ privatæ ante ce-
lebrationem solitæ Missæ Con-
K ven-

ventualis non desint. § Idem dicendum, si Festum Annunciationis occurrerit in prædicta Feria quinta.

1691. 13. Sept. - In prædicto ca. 326
 su S. Josephi occurrentis in Feria quinta in Coena Domini, antiquus mox Communionis Cleri in Missa solemni ejusdem Diei, summa religione hæctenus retentus, nullatenus omittatur ob aliquarum celebrationem Missarum.

1692. 13. Sept. - Ubi celebratur 327
 Festum S. Raphaelis Archangeli, ad octavam Benedictionem dicatur *Cujus Festum*, non verò *Quorum Festum*.

1693. 19. Jan. Officia ad libitum 328
 occurrentia infra Octavas non privilegiatas, etiam particulares alicujus Dioecesis, vel Religionis, non sunt cele.

celebranda, sed omittenda.

S. Hoc etiam antea decisum
fuit 1684. 2. Dec.

1693. 26. Febr. - Si Festum de 329.

Septem Doloribus Beatæ Vir-
ginis Mariæ, quod multis
in locis celebratur feria sex-
ta post Dominicam Passio-
nis, impeditur ab Officio
altioris ritus, vel dignita-
tis, transferratur in Sabba-
tum sequens non impedi-
tum, & non ulterius.

1694. 21. Jan. - Si Vigilia S. 330.

Matthiæ occurrerit ultima
die Bachanalium, obser-
vetur eadem die Jejunum,
non verò anticipetur.

1695. 17. Dec. - Sacerdos, qui 331.

celebrat Missam Conventua-
lem, in qua Chorus tenetur
cantare Symbolum Aposto-
lorum, non potest illam pro-

K 2

sequi

sequi eo tempore, quo à Cho-
ro cantatur Symbolum prædi-
ctum.

1696. 18. Febr. • Extenditur ad ³³²
Ecclesiam Universalem Fe-
stum Beatæ Virginis Mariæ de
Marcede, celebrandum die
vigesima quarta Septembris
sub ritu duplici de præcepto
cum Oratione propria, ac
Lectonibus secundi Noctur-
ni. § At quia in Decreto non
exprimitur sufficienter Ritus,
ideo intelligendum est de du-
plici minori, ut patet ex supe-
rius dictis n. 289.

1679. 22. Dec. - Non est trans- ³³¹
ladum in diem immediatè
sequentem Festum illud, ante
cujus translationem habentur
reponenda alia Officia prius
translata ejusdem ritus, non
obstante Decreto edito sub-
die 30. Sept. 1679. Quoad ve-
rò

rò Festum semiduplex in Dominica infra Octavam occurrens, omnino servanda est Rubrica generalis Breviarii *de translatis Festor. num. 5.* §. Ex hoc infertur, quod non nisi in prædicto casu transferendum est Semiduplex in diem immediatè sequentem infra Octavam, *Exceptio enim firmat regulam in non exceptis*, ideoque de Festo semiduplici, quod occurrit in Festo duplici infra Octavam, non potest amplius fieri die immediatè sequenti, licet non impedita.

1697. 27. Apr. - Evangelium 334.
 pro solempni Palmarum Benedictione canendum est in cornu Epistolæ ab illo, qui celebrat absque Diacono, & Subdiacono. § Sic decrevit Sacra Rituum Congregatio in Responsione ad Fulvium Secundum

K 3

dum

dum Franceschinum Coere-
moniarum Magistrum Oppi-
di Pertia Eugubinae Diocesis, à
quo ad me benignè transmis-
sum fuit pergratum Origina-
le cum authentico praefatae
Congregationis Sigillo.

1697. 27. Apr. - In Vigilia Epi-
phaniae omnino prohibentur
Missae Votivae privatae, &
de Requiem. § Adhibita di-
ligentia hoc Decretum non
existit.

1698. 27. Sept. - Si occurrerint, 336
vel fuerint transferenda duo
Festa ejusdem ritus, quae u-
nica die occurrebant, quo-
rum unum sit Universale, &
alterum Particulare alicujus
Diocesis, vel Religionis,
prius fiat de Universali, de-
inde de Particulari, nisi
obstet ratio majoris dignita-
tis.

1698.

1698. 27. Sept. - Primæ, & se- 337.
cundæ Vesperæ Angelorum
Custodum dividendæ sunt à
Capitulo, si concurrant cum
Festo duplici minori. § Ex
hoc infertur, non esse atten-
dendum majorem dignitatem
in concurrentia Festi dupli-
cis minoris cum Officio e-
jusdem ritus, exceptis Festis
B. V. M.

1698. 6. Dec. - Festum Trans- 338.
lationis, Ordinationis, Ap-
paritionis, vel Inventionis,
quod alicubi celebratur ratio-
ne Corporis, vel insignis Reli-
quæ, celebrandum est sub
ritu semiduplici, nisi sit Fe-
stum unicum, vel principale,
& supposita concessione, si bis
celebretur.

1699. 8. Febr. - Festa duplicia, 339.
& semiduplicia translata,
præferenda sunt Officio S.
Be-

Benedicti semel in Hebdomada concessio. § Patet ex hoc, qui in similibus sit faciendum.

1699. 21. Mar. • Regulares, ob- 340
tenta à Locorum Ordinariis
licentia oretenus, vel in scri-
ptis faciendi solemnes Pro-
cessionibus extra limites Con-
ventuum suæ Religionis cum
Statua, aut reliqua alicujus
Sancti, possunt uti pluviali,
licet ejus usus non fuerit ex-
pressus in licentia obtenta.

1699. 21. Mar. - Usus Pluvialis 341
in Processionibus solemnibus
non est testimonium, nec si-
gnum Jurisdictionis in uten-
te Sacerdote.

1700. 24. Jan. - Subgeneralis In- 342
dulgentiarum suspensione,
quæ fit Anno Jubilæi, non
comprehenduntur Altaria
Privilegiata, nec alia Indul-
gen-

gentiæ pro solis Defunctis
concessæ.

1701. 22. Jan. - In Paramentis 343.
nigris non est administranda
Eucharistia.

1701. 22. Jan. - In Festo SS. Cor- 344.
poris Christi non est facienda
Processio cum SS. Sacramen-
to sine Pluviali.

1701. 22. Jan. - Quando expo- 345.
nuntur Reliquæ, ultra Lam-
padem, debent continuò ar-
dère in Altari duo Lumina,
aliàs non exponantur.

1701. 22. Jan. - Ante Ostiolum 346.
Tabernaculi SS. Eucharistiæ,
in quo depicta, vel insculpta
est Imago Salvatoris, non est
retinendum Vas Florum, vel
quid simile, sed collocandum
in humiliori, & decentiori lo-
co.

1701. 22. Jan. - Non est facien- 347.
da Altaris thurificatio Missa

K 5

Con-

Conventuali Dierum solem-
nium, si absque cantu, & Mi-
nistris celebretur.

1701. 22. Jan. - Sacerdos in Sa- 348
crificio Missæ congruentius
utitur Cingulo lineo quàm
serico.

1701. 22. Jan. - In Sacrificio Mis- 349
sæ non est adhibenda Palla
drappo serico à parte superio-
ri cooperta.

1701. 22. Jan. - Regularium Su- 350
periores non veniunt sub no-
mine Ordinariorum, & con-
sequenter non possunt assi-
gnare aliquam ex Dominicis
Novembris pro recitatione
Officii de Patrocinio Beatæ
Virginis Mariæ, quod multis in
locis permittitur celebra-
ndum in aliquo die Dominico
præfati Mensis à Locorum Or-
dinariis eligendo. S. Robora-
tur ex hac Declaratione De-
cretum

cretum superius positum n.
116.

1702. 11. Febr. - Officium S. U-351.

baldi habet Orationem propriam, ac tres Lectiones secundi Nocturni. § Hoc Festum ex Semiduplici ad libitum, erectum fuit ad Semiduplex de præcepto sub die 10. Dec. 1701.

1702. 1. Jul. - Conceditur Offi-352.

cium simplex S. Liborii Episcopi Confessoris occurrentis die vigesima tertia Julii, cum sola commemoratione in Vesperis, & Laudibus, ac cum Oratione *Da quæsumus* ex ejus Communi. § Si die vigesima tertia fuerit Sabbatum; fiet commemoratio de Vigilia anticipata S. Jacobi Apostoli, cujus Oratio cum sit *Da quæsumus*, ideo ad varietatem recitanda erit
Oratio

Oratio *Exaudi* pro commemoratione S. Liborii, ut patet ex Rubrica Missalis *tit. 7. de Comm. num. 8.*

1703. 23. Jun. - Conceditur omnibus Monialibus Ordinis Cisterciensis, quæ utuntur Breviario Romano, ut adaptare possint juxta ritum prædicti Breviarii Romani plura Officia unà cum Missis propriis anno proximè Præterito sub die 9. Decembris toti Ordini Cisterciensi concessa, eaque sic accommodata faciant Typis imprimi, nec non secundùm easdem Festivitates valeant celebrari facere Missas per Capellanos Ecclesiis earundem servitio addictos cum Missali Romano, & juxta illius Rubricas.

CON.

CONSTITUTIONES

AC DECISIONES

AD PAROCHOS UTRIUSQUE
CLERI SPECTANTES,

EDITÆ.

ANNIS DIEBUS, & MENSIBUS
UT INFRA.

Anni

Numeri

1254. 6. Mar. - Sacerdotes I.

Græci con-

jugati, & alii, quibus Parochiarum cura, vel Ecclesiarum Parochialium regimen per Episcopos suos committitur, licitè, & liberè possint Parochianorum suorum confessiones audire, ipsisque pœnitentiam injungere pro peccatis.

Innocent. IV. apud Cherub. in Bullar. tom. I. constit. 14. quæ incipit Sub Catholicæ, & refert etiam Quaranta in Sum.

K 7

Bullar.

Bullar. ver. GrecoRitus, num.
16. § Vide infra num. 180. &
181.

1285. 27. Nov. - Filii, & Nepotes 2.
ejus, qui de Hæresi inquisi-
tus, & absolutus fuit, ad Be-
neficia Ecclesiastica, Digni-
tates possunt admitti. *Honor.*
IV. apud eumd. ibid. Con-
stit. qua incipit. Exhibita,
§ Concordat hæc Constitu-
tio cum illa, quam antea
edidit Alexander IV. 1258.
27. Sept. *apud eumd. ibid.*
constit. 12. qua incipit Quod
super, §. 12.

1339. 19. Dec. - Qui loco sui 3.
alios supponunt examini pro
consequendis Beneficiis Ec-
clesiasticis, & qui aliorum
mentis nominibus hujusmo-
di examen subeunt, Ex-
communicationis sententiæ
ipso facto subjacent, &
litteræ

litteræ Pontificiæ per hujus-
modi fraudem obtentæ, irritæ
sunt & inanes, ac insuper præ-
dicti, qui sibi falsa nomina
imponentes, pro aliis sube-
unt examen, privantur omni-
bus Beneficiis Ecclesiasticis,
si habeant, & non habentes,
inhabiles redduntur ad ea
consequenda *Bened. XII. apud
Cherub. ibid. constit. 7. quæ in-
cipit. Quoniam. § Vide infra
num. 27.*

1418. 22. Febr. - Damnati sunt 4.
à Martino Quinto sequentes
Articuli Joannis Wicleff de
Anglia, quorum primus, cæ-
teris omissis: *Decimæ sunt
puræ Eleemosynæ; & possunt
Parochiani, propter peccata
suorum Prælatorum, ad li-
bitum suum eas auferre. Apud
præf. Cherub. in Bullar. tom.
1, constitut. 1, quæ incipit Inter
cunctus,*

cunctas, Artic. 18. § Vide in
fratum. 215.

1418. 22. Febr. - Secundus: Pa-
pa cum omnibus Clericis suis
possessionem habentibus, sunt
Hæretici, eò quod possessiones
habent: & consentientes eis,
omnes videlicet Domini secu-
lares, & cæteri Laici. apud
eumd. ibid. Artic. 36.

1418. 22. Febr. - Tertius: De-
cretales Epistolæ sunt apocry-
phæ, & sedueunt à fide Christi,
& Clerici sunt stulti, qui stu-
dent eis. apud eumd. ibid. Ar-
tic. 38.

1440. 8. Jul. - Intelligitur opti-
mo jure satisfactum esse Ca-
noni Ecclesiæ Pœnit. & Re-
miss. Omnis utriusque sexus,
si in Hebdomada Sancta, vel
infra octavam Paschæ, secun-
dum meliorem dispositionem
Conscientiæ, & aptiorem
mentis

mentis devotionem Fideles
 præparatione debita Sanctum
 Eucharistiæ pignus accipiant:
 & huic sententiæ omnes acqui-
 escant. *Eugen. IV. apud Cher.*
in Bullar. tom. 1. constit. 20.
quæ incipit Fide digna, & re-
fert etiam Quarant. in Sum-
Bullar. ver. Communio Sa-
cra, ubi dicit quod hæc Consti-
tutio non est in Bullario (sed
modò existit, & ego inveni,
prout supra ostendi, & citavi)
ideoque sumit ipse ex Navar.
in Man. cap. 21. numer. 45. &
ex privilegiis Minorum, fol.
139. Citatur præced. Constit.
etiam à Barbosa de potest. Pa-
rochi, cap. 20. num. 14. à Man-
cino in Pract. visit. Infirm.
pract. 8. dub. 19. & à Lantu-
sca in Theatro Regular. ver.
Eucharistia, num. 4. & Medio-
lani in Lombardia Tempus
 Pa-

Paschale extenditur ad totam
 Quadragesimam , & Mona-
 chii in Bavaria à Dominica
 Passionis inclusive ad usque
 Dominicam secundam post
 Pascha similiter inclusive,
 ex *Laymann lib. 5. tract. 4.*
cap. 5. num. 8. ubi etiam cita-
tur prædicta Constitutio, & ejus-
dem relator Navarrus loco ci-
tato. § Vide infra num. 21.

1467. 1. Mar. • Omnium rerum, 8
 & bonorum Ecclesiastico-
 rum alienationem , omne-
 que pactum , per quod ipso-
 rum dominium transfertur,
 concessionem , hypothecam,
 locationem , & conductio-
 nem ultra triennium , nec
 non infeudationem , vel con-
 tractum emphyteuticum, præ-
 terquam in casibus à Jure per-
 missis , ac de rebus , & bo-
 nis in emphyteusim ab an-
 tiquo

tiquo concedi solitis, & tunc
in Ecclesiarum evidenti uti-
litate, ac de fructibus, &
bonis, quæ servando servari
non possunt pro instantis
temporis exigentia constitu-
tionibus, prohibitionibus, ac
decretis aliis super hoc editis
in suo nihilominus robore
permansuris, fieri prohibuit
*Paulus II. apud Cherub. in Bul-
lar. tom. 1. constit. 5. quæ inci-
pit Ambitiosa, & refert etiam
Queran. in Sum. Bullar. ver.
Alien. rer. Eccl. ubi ait, Pau-
lum IV. aliqua ad hanc rem
constituisse, quæ Pius IV. ad vi-
am Juris communis reduxit
anno 1560. 24. Sept. in Bulla,
quæ incipit Provida, quam Che-
rubinus in Bullar. tom. 2. ponit
in Constit. 11. ejusd. Pontificis,
ideoque hodie attenditur di-
spolitio Sacrorum Canonum.*

&

& præsertim præfati Pauli II.
quæ habetur inter Extravag.
comm. sub tit. *de reb. Eccles.
non alienan.* § Vide infra num.
204.

1467. 1. Mar. - Si quis autem
contra hujus prohibitionis se-
riem, de bonis, ac rebus eis-
dem quidquam alienare præ-
sumpserit, alienatio, hypo-
theca, concessio, locatio, con-
ductio, & infeudatio hujus-
modi, nullius omnino sint ro-
boris, vel momenti, & tam
qui alienat, quam is, qui alie-
natas res, & bona prædicta re-
ceperit, sententiam Excom-
municationis incurrat. *Idem
apud eosd. ibid.*

1467. 1. Mar. - Alienanti verò
bona Ecclesiatum, Monaste-
riorum, Locorumque piorum
quorumlibet inconsulto Sum-
mo Pontifice, vel contra præ-
sentis

sentis Constitutionis tenore
 rem, si fuerit Episcopus, vel
 Abbas, Ingressus Ecclesiæ sit
 penitus interdictus, & si per
 sex menses sequentes sub hu-
 jusmodi interdicto, animo
 perseveraverit indurato, lapsis
 mensibus eisdem, à regimine
 Ecclesiæ, vel Monasterii, cui
 præsidet, in spiritualibus &
 temporalibus sit eo ipso su-
 spensus. *Idem apud eosdem
 ibid*

1467. I. Mar. - Inferiores verò II,
 Prælati, Commendarii, & alia-
 rum Ecclesiarum Rectores Be-
 neficia vel administrationem
 quomodolibet obtinentes,
 Prioratibus, Præposituris, Præ-
 positatibus, Personatibus, ad-
 ministratibus, officiis, Ca-
 nonicatus, Præbentis, aliis-
 que Ecclesiasticis cum Cura,
 & sine Cura Sæcularibus, &
 Reg

Regularibus Beneficiis, quorum res, & bona alienarunt dumtaxat ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, & nihilominus alienatae res, & bona hujusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & Loca pia, ad quae antea, alienationem hujusmodi pertinebant, liberè revertantur. *Idem apud eosd. ibid.*

1502. 13. Apr. - Vacant Beneficia per offensionem litigantium in Curia Romana, eorumque Judicum, Advocatorum, Procuratorum, Notariorum, Testium, aliorumque, & sic vacantia reservantur Sedi Apostolicae. *Alex. VI. in Bullar. tom. I. Constitut. II. quae incipit. In eminenti, & refert etiam Gauantus in Man. ver. Benefic. vac. num. 23.*

1505.

1505. 28. Jul. - Provisus de Be- 13.

neficio à Sede Apostolica, non potest possessionem adipisci, nisi litteris expeditis, & per apprehensionem possessionis hujusmodi ante Papalium litterarum expeditionem, privatur Beneficio, quod ideo vacare censetur. *Julius II. apud Cherub. in Bullar. tom. 1. Constit. 4. quæ incipit. Romani. S. Contra tales administrationi se ingerentes extar Extravagantia communis, quæ incipit Injunctum nobis, de elect. ex Quaran. in Sum. Bullar. ver. Benefic. possessio, ubi habentur per extensum alie due posteriores ad hanc rem pertinentes Constitutiones, Julii scilicet Tertii edita 1553. & Pii Quarti publicata 1564. prædictam communem Extravagantiam extendentes, & ampliantes.*

1516.

1516. 19. Dec. • Parochi in Con-
 cionibus tempus præfixum
 futurorum malorum, vel An-
 tichristi adventum, aut cer-
 tum Judicii diem asserere ne-
 quaquam præsumant, sub pœ-
 na Excommunicationis, re-
 servata Papæ absolutione. Leo
 X. in Concil. Later. apud præf.
 Cherub. *ibid.* Constit. 21. que
 incipit *Supernæ*, §. 5. Et refe-
 runt etiam *Quaran ver. Præ-*
dicator, ac *Gavan. ver. Con-*
cio sacra, num. 35. § Vide in-
 fra num. 95.

1516. 19. Dec. - Episcopi visitent
 Regulares Mendicantes, & et-
 iam corrigant in concernen-
 tibus Parochianorum curam,
 & Sacramentorum admini-
 strationem. *Idem apud eumd.*
ibid. Constit. 22. que incipit.
Dum intra, §. 3. Et etiam a-
 pud *Quaran ver. Privil, Regu-*
 lari

lar. ac Peyrin. de Privil. Regul.
tom. 1. Constit. 26. ejusd. Pont.
nec non apud Matthæuc. in
Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap.
15. num. 1.

1516. 19. Dec. - Pacta, & con- 16.
ventiones Inter eosdem Fra-
tres, & Praelatos, atque Cura-
tos pro tempore inita valeant,
nisi per subsequutum Capitu-
lum proximum Generale,
vel Provinciale, resurata, ac
per eos refutatio hujusmodi
intimata debito tempore fue-
rit. *Idem apud eosd. ibid. §. 8.*

1516. 19. Dec. - Non possunt 17.
Mendicantes prædicti cum
Cruce intrare Parochias ad
levanda funera eorum, qui a-
pud Ecclesias Domorum, &
Locorum eorundem suam
elegerint Sepulturam, nisi
præmonito, & recusante Pa-
rocho, & tunc sine illius, &
L Or-

Ordinarii præjudicio, salvo antiquo usu, & pacifico. *Idem apud eosd. ibid. §. 9.* Et refert etiam Gavan. in Man. ver. Regular. jura sub Episc. num. 44. § Vide infra num. 257. & quoad electionem Sepulturæ vide itidem infra num. seq. & 21.

1516. 19. Dec. - Volentes sepe-
liri in habitu eorumdem Fratrum, in Claustro non degentes, sed in propriis Dominibus habitantes, in eorum ultima voluntate Sepulturam sibi eligere possunt. *Idem apud eosd. ibid. §. 10.* § Vide infra num. 90.

1516. 19. Dec. - Sponsorum
Benedictio non est ab ipsis Fratribus facienda absque Curatorum consensu. *Idem apud eosd. ibid. §. 13.*

1516. 19. Dec. - Neque ipsi
Fra-

Fratres, neque Clerici sæculares in suis Ecclesiis Campanas pulsent in Sabbato Sancto ante signum Ecclesiæ Cathedralis, vel Matricis, sub poena centum Ducatorum. *Idem apud eosd. ibid. §. 12. Etiam apud Gavan. in Man. ver. Campanæ, num. 1. ¶ Vide infra num. 287.*

¶ Alicubi diversa adest Consuetudo,

1516. 19. Dec. - Fratres, & 21.
Sorores tertii Ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pizocharæ, Cordellati, & alii quocumque nomine nuncupati, in propriis Domibus habitantes, sepulturam ubi voluerint eligere valeant: sed die Paschatis tantum Eucharistiam, nec non extremam Unctionem, cæteraque Ecclesiastica Sacramenta (Pœnitentia

tentiæ Sacramento dumtaxat excepto) à proprio Parocho recipiant. *Idem apud eosd. ibid. §. 19.* & refert etiam *Gavan. ver. Regul. jura sub Episc. num. 53.* § Vide supra num. 17. & infra n. 328. §. Quoad Communem vide itidem supra num. 7. & infra 64. & 65.

1517. 13. Nov. - Qui non con-²²
 tempto proprio Sacerdote Pa-
 rochiali Missam audiverit in
 Ecclesiis Fratrum Ordinis
 Mendicantium, Dominicis, &
 Festis diebus, satisfaciet præ-
 cepto Ecclesiæ de audienda
 Missa. *Leo X. apud Cherub. in
 Bullar. tom. 1. Constit. 25.
 quæ incipit Intelleximus, &
 referunt etiam Peyrin. de Pri-
 vil. Regul. tom. 1. Constit. 21.
 ejusd. Pontif. ac Barbosa de
 potest. Parochi, par. 1, cap. 11.
 num.*

num. 15. nec non Lantusca in
Theatro Regul. ver. *Missa Pa-*
roch. num. 1. §. Hæc Con-
 stitutio passim derogavit Ju-
 ri cap. 2 *de Parochiis*, & Tri-
 dentino *Sess.* 22. & *Sess.* 24.
 cap. 4. ut ait Engel in *Man.*
Parochor. par. 2. cap. 8. num.
 3. ubi addit, quod tunc pro-
 prius Parochus non contemni-
 tur, cum aliquoties in Anno
 ejus *Missa*, & *Concio* audi-
 tur; è contra verò est Ovis
 erratica illa, quæ nunquam
 vocem proprii Pastoris, exau-
 dit. § Vide infra num. 89.

1530. 3. Jun. - Filii Presbytero- 23.
 rum ex fornicatione nati, Ec-
 clesias Cathedrales, etiam Me-
 tropolitanas, ac Monasteria,
 quibus eorum Patres præfue-
 runt, seu illa, & illas Dignita-
 tes, etiam majores, & princi-
 pales, personatus, administra-
 L 3 tiones,

tiones, & officia, etiam curata, & electiva, & alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, & sine Cura, secularia, & Regularia, quæ Presbyteri, & Clerici, ac Religiosi eorum Patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo, unquam tempore quoquo modo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intelligit Summus Pontifex Clem. VIII. apud Cherub. in Bullar. tom. I. Constit. 30. quæ incipit Ad Canonum, & refert etiam Quarant. in Sum. Bullar. ver. Illegitimi.

1541. II. Dec. - Beneficia Ec 24.
clesiastica per privationem
vacantia reservantur Sedi A-
postolicæ. Paulus III. apud
eumd.

eumd. ibid. Constit. 28. quæ incipit Sanctissimus, & etiam apud Gavah. in Man. ver. Benefic. reserv. num. 7.

1548. 26. Jun. - Amittitur Jus patronatus per non usum quadraginta Annorum. *Rota coram Arguelles apud Nicol. in Flosc. ver. Patronus, num. 29. & Engel in Man. Parochor. par. 2. cap. 1. sect. 1. num. 17. IV. ait, quod amittitur, si duabus saltem vicibus Patronus non præsentaverit.*

1550. 20. Jun. - In locis, in quibus non deputantur à Reverenda Camera Apostolica Collectores Spoliorum, fructus Beneficiorum tempore obitus Beneficiorum inexacti, etiam ante mortem maturati spectant ad Successores in Beneficiis, non verò ad Defunctorum Hæredes. *Ju-*

L 4

lius

Julius III. apud Cherub. in Bullar. tom. 1. Constit. 7. quæ incipit Cùm sicut, & referant etiam Quaran. in Sum. Bullar. ver. Spol. Cleric. ac Gavan. in Man. sub eod. ver. num. 7. & ver. Bona Ecclesiast. num. 18. ubi ait, sic iterum constituisse Urbanum VIII. anno 1628. 5. Aprilis. § In Regno tamen Neapolitano quicumque fructus pendentes, etiam nondum separati à solo, seu nondum exacti usque ad diem adeptæ possessionis per Successores in eis maturandi pro rata temporis ad Cameram Apostolicam spectant, & sic declaravit prædictam Constitutionem Julii Tertii Sixtus Quintus 1589. 1. Jan. apud præf. Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 90. quæ incipit Cùm sicut, & etiam apud Qua.

Quaran. loc. cit. nec non apud Gavant. ibid. num. 13. § Alicubi non adest hujusmodi Spolium.

1557. 27. Nov. - Qui pro obti- 27.
 nendis Beneficiis seipfos pro
 aliis examini supponunt, vel
 annuas pensiones offerunt, aut
 Beneficia impetrant pro aliis,
 ut ab eis aliquid consequan-
 tur, vel pro seipsis, ut aliis
 postea cum pensione resi-
 gnent, excommunicantur, res-
 servata Papæ absolutione, &
 privantur omnibus Beneficiis
 cum Cura, vel sine Cura, Sæcu-
 laribus, vel Regularibus, &
 hujusmodi Beneficia sic va-
 cantia reservantur Sedi Apo-
 stolicæ, *Paulus IV. apud Cher.
 in Bullar. tom. 1. Constit. 12.
 quæ incipit Inter cæteras, &
 referunt etiam Quaran. ver.
 Simonia, ac Gavan. ver. Be-
 nefic.*

L 5

nefic.

nefic. reserv. num. 10. *Et ver.*
 Benefic. vac. num. 18. nec non
Nicol. in Flosc. ver. Benefic.
Eccles. num. 24. ad XLI. § Vi-
de supran. 7.

1560. 11. Oct. - *Judices priva-* 28
tionum, affines eorum, &
familiares non possunt impe-
trare Beneficia illa, quibus
ipsi Beneficiatos privant, ne-
que item Procuratores, &
Sollicitatores in eorum cau-
sa, sub poena nullitatis. Pius
IV. apud eumd. Cherub. tom. 2.
Constit. 14. quæ incipit Cupi-
entes, Et referunt etiam Qua-
ran. in Sum. Bullar. ver. Bene-
fic. privatio, ac Gavan. in Man.
sub eod. ver. num. 2.

1560. 5. Nov. - *Clericorum de-* 29
cedentium bona ex illicita
negotiatione, vel aliàs contra
Sacros Canones acquisita ad
Cameram Apostolicam spe-
ctant,

stant, & non ad alios etiam
in quibusvis Cathedralibus,
etiam Metropolitanis, &
Collegiatis, cæterisque Be-
neficiis Ecclesiasticis cum Cu-
ra, Sæcularibus, & Regulari-
bus. *Idem apud eumd. Cherub.*
ibid. Constit. 19. quæ incipit
Decens. §. Vide supra num.
26. & infra num. 34. §. Ali-
cubi adest diversa Conluetu-
do.

1562. 19. Sept. - Revocantur 30.

Privilegia quæcumque Lo-
cis piis, & aliis concessa, di-
spensandi super irregularita-
tibus, & impedimentis Ma-
rimonialibus. *Pius IV. apud*
eumd. in Bullar. tom. 2.
Constit. 62. quæ incipit De com-
misso.

1564. 13. Nov. - Provisi de Be- 31.

neficiis Ecclesiasticis Curatis,
ac Dignitatibus, Ecclesiis,

L 6 Mo.

Monasteriis, & aliis Locis Or-
 num Regularium, & Militia-
 rum debent observare for-
 mam Professionis Orthodoxæ
 Fidei, quam præscribit *Pius IV.*
apud Cherub. in Bullar. tom. 2.
Constit. 89. quæ incipit Injuno-
ctum.

1564, 24. Nov. - Sine consensu
 Ordinarii Loci nulla valet di-
 spensatio Apostolica non re-
 sidendi ratione Studii. *Idem in*
Constit. quæ incipit Sanctissi-
mus apud Quaran. ver. Resi-
dentia, & apud Gavan. sub
eod. ver. num. 2. § Parochi
olim poterant cum sola licen-
tia Episcopi abesse Studiorum
casu etiam per septem Annos
cap. cùm ex eo, 34. de elect. in
6. ut ait. Engel in Man. Paro-
chor. par. 2. cap. 5. num. 5.
 § Vide infra num. seq. & num.
 58.

1564.

1564. 25. Nov. - Patriarchæ, Pri-
mates, Archiepiscopi, & alii
quicumque quavis auctorida-
te, dignitate, gradu, vel præe-
minencia præfulgentes, Eccle-
sias in Commendam, vel Ad-
ministrationem, aut alio quo-
vis nomine obtinentes, & alii
quicumque Beneficiati curam
Animarum habentes, qui jux-
ta tenorem Concilii Triden-
tini personalem in suis Eccle-
siis residentiam facere tenen-
tur, resideant personaliter sub
pœnis in dicti Concilii De-
creto contentis, ac etiam pri-
vationis eorum à regimine, &
administratione Ecclesiarum
suarum, aliisque arbitrio Sum-
mi Pontificis imponendis.
*Pius IV. apud Cberub. in Bull.
tom. 2. Constit. 91. quæ incipit
In suprema, & referunt etiam
Quaran. loc. cit. & Barbosa
de*

*de potest. Parochi, par. I. cap.
8. num. 3.*

1564. 25. Nov. - Non residen-^{34.}
tium bona, uti Spolia ad Ca-
meram spectant, non attenda
licentia testandi, si extraresi-
dentiam decesserint, sicque
eorum ultimæ voluntates an-
nullantur, quacumque au-
toritate suffultæ. *Idem apud
pres. Cherub. ibid. & refe-
runt etiam Gavan. loc. cit.
num. 3. ac Nicol. in Flosc.
ver. Spolium, num. 2. § Vide
supra num. 29. & infra num.
51: & 52. § Alicubi adest di-
versa Consuetudo.*

1566. 8. Mar. - Conjuncti, ac^{35.}
omnes Familiæ, & Dome-
stici alicujus Infirmi, Paro-
chum de infirmitate illico
certiorem faciant, ac tam
Parochus, quàm Conjuncti, &
Familiæ prædicti Infirmum
ad

ad Confessionem peccatorum
suorum suadeant, & inducant.

*Pius V. apud Cherub. in Bul-
lar. tom. 1. Constit. 3. quæ
incipit Supra gregem, & re-
fert etiam Quaran. ver. Me-
dicus.*

1566. 28. Mar. - Collatio Paro- 36.

chialis Ecclesiæ aliter facta,
quàm per concursum, est
nulla, & intelligitur ad Sedem
Apostolicam devoluta. *Idem*

*apud Engel in Manual. Paro-
chor. par. 2. cap. 2. sect. 2. n.*

*12. ubi ait, quod hæc tam salu-
bris Constitutio non est in
Germania ubique recepta, sed
in Diœcesi Salisburgensi ob-
servatur. § Refert etiam Bar-
bosa de potest. Par. par. 1. c.
2. num. 68.*

1566. 1. Apr. - Parochialium Ec- 37.

clesiarum Rectores mone-
ant delinquentes in Eccle-
siis

siis quoad irreverentiam, & Locorum Ordinariis, si opus fuerit, puniendos deferant sub pœna duorum aureorum pro qualibet vice. *Pius V. apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 5. quæ incipit Cùm primum, §. 4. Et referunt etiam Quarān. in Sum. Bullar. ver. Rever. Divin. Offic. & Eccl. ac Gavan. in Man. verb. Eccles. rever. num. 6. nec Barb. de potest. Parochi, par. 1. cap. 13. num. 37. § Alicubi in hujusmodi casibus fit regressus ad alios.*

1566. 1. Apr. - Parochi stare faci- 38.
ant pauperes mendicantes ad valuas Ecclesiæ, sub pœna dimidii aurei pro qualibet vice, nisi eos ejici curaverint. *Idem apud eumd. ibid. §. c. Et referunt quoque prædicti loc. cit.*

1566.

1566. 1. Apr. - Capsæ omnes, & 39.

Deposita, seu alia Cadaverum
Conditoria super terram exi-
stentia omnino amoveantur,
& Defunctorum corpora in
Tumbis profundis infra ter-
ram collocentur. *Idem apud
eumd. ibid. §. 6. & refert et-
iam Quaran. loc. cit. § Vide
infra num. 73.*

1566. 1. Apr. - Beneficiatus De- 40.

um, vel Beatam Virginem ex-
pressè blasphemans, prima vi-
ce fructibus unius anni, se-
cunda verò vice Beneficiis
privetur, & tertia vice in exi-
lium mittatur. *Idem apud
eumd. ibid. §. 10. & referunt
etiam Quaran. ver. Blasphemia,
ac Gavan. sub eod. ver.
num. 1. 2. 3.*

1566. 20. Aug. - Indispensatio- 41.
nibus Matrimonialibus pro
diversis Consanguinitatis, seu
Affi-

Affinitatis, aut mixtis, ex com^m
 muni, seu ab eodem stipite
 surgentibus (excepto primo)
 gradibus conjunctis, sufficit
 expressio de gradu remotio-
 ri, obtentis tamen postea su-
 per propinquiore litteris de-
 claratoriis juxta Gregorii Un-
 decimi, & Clementis Sexti
 Constitutiones, ac desuper
 confectæ litteræ suffragen-
 tur, perinde ac si de proximio-
 re, seu utroque gradu specia-
 lis, & expressa mentio facta
 fuisset. Pius V. apud Cherub.
in Bullar. tom. 2. Constit. 13.
quæ incipit Sanctissimus, &
refert etiam Cordeirus de
perf. Parocho, part. 2. tract. 4.
quest. 12. num. 14.

1566. 20. Aug. - Matrimonia 42.
 post confirmationem Con-
 cilio absque dispensatione A-
 postolica secuta, & quæ
 de

de cætero sequentur inter per-
 sonas, quæ ante dictam con-
 firmationem, affinitatem,
 (infra tamen secundum gra-
 dum) ex fornicatione prove-
 nientem contraxerant, pro-
 pter hujusmodi Affinitatem
 non sunt dirimenda, sed va-
 lida, & efficia existunt, & sic
 declaratur Concilium Tri-
 dentinum Sess. 24. cap. 4. ab
 Eod. apud eumd. *ibid.* *Constit.*
14. quæ incipit. Sanctissimus,
& refert etiam Gavan. in
Man. ver. Matrim. impedim.
num. 8. § Vide infra num.
sequen.

1566. 28. Nov. - Impedimen- 43.
 tum Affinitatis ex fornica-
 tionem proveniens (de quo
 Concilium Trident. Sess. 24.
 cap. 4.) nullum hodie re-
 manet, quo minus in ulterio-
 ribus gradibus post primam
 &

& secundum, liberè & licitè
 Matrimonium contrahi possit
*Idem apud eumd. ibid. post
 pref. Constit. 14. in alia De-
 claratione, quæ incipit Ad Ro-
 manum, quam referunt etiam
 Quaran. in Sum. Bullar. verb.
 Matrim. impedim. ac Gavan.
 sub eod. ver. n. 8. nec non Engel
 in Man. Parochor. par. 3. sect.
 11. num. 10. ex Navar. in Man.
 Conf. cap. 22. num. 42.*

1567. 27. Jan. - Omnia & singu- 44
 la Beneficia Ecclesiastica cum
 Cura, & sine Cura, Sæcularia,
 & Regularia, ob crimen Hæ-
 resis vacantia relervantur A-
 postolicæ Sedi, quæ quidem
 Beneficia in Beneficiorum im-
 petitionibus non compre-
 henduntur, nisi habeatur ex-
 pressio specifica *Pius V. apud
 Cherub in Bullar. tom. 2. Const.
 29. quæ incipit Cùm ex Apo-
 stolatus,*

stolatus, & referunt etiam
*Quaran. ver. Benefic. reserv.
 ac Gavan. sub eod. verb. num.*

3.

1567. 13. Febr. - Possunt Regu- 45.

lares ministrare Eucharistiam,
 & extremam Unctionem ho-
 spitibus infirmis in eorum
 Monasteriis, absque alicujus
 Episcopi, vel Parochi licen-
 tia. *Idem apud Peyrin. de Pri-
 vil. Regul. tom. 1. circa Constit.*

*1. Julii II. num. 92. & apud
 Peregr. par. 1. compend. tit.
 Communicare, §. 3. quos ci-
 tat Gavan in Man. ver. Re-
 gular. jura sub Episc. in addit.
 num. 4.*

1567. 24. Mar. - Regulares cu- 46.

jusvis Ordinis in partibus no-
 varum Indiarum existentes
 possunt ob Presbyterorum
 defectum fungi officio Paro-
 chorum. *Idem apud Cherub.*

in

*in Bullar. tom. 2. Constit. 34.
quæ incipit Exponi, & refert
etiam Nic. in Flosc. ver. Benefi.
Eccles. num. 11. †*

1567. 16. Maii. - Beneficia Pa- 47
rochialia collata non reser-
vata forma Concilii Tridenti-
ni, præsertim in examine per
concursum faciendo, vacant,
& sic vacantia reservantur Pa-
pæ. *Pius V. apud eumd. Cher.
in Bullar. tom. 2. Constit. 33.
quæ incipit Inconferendis,
§. 3. & referunt etiam Qua-
ran. in Sum. Bullar. ver.
Benefic. collat. ac Gavan. in
Mau. ver. Benefic. reserv.
num. 6.*

1567. 16. Maii - Ordinarii Be- 48
neficiorum Parochialium col-
latores intra sex Mensium
spatium à die vacationis ea-
dem conferant juxta for-
mam Concilii Tridentini,
vel

vel intra quatuor Menses Pa-
pæ, aut collatoribus signifi-
cent, sub pœna, quod omni-
moda eorum dispositio sit Pa-
pæ reservata: In Parochiali-
bus autem Jurispatronatus
datur optio ipsis Patronis, ut
post semestre recurrant vel
ad Metropolitanum, vel vi-
cinorum Ordinarium, aut
ad Sedem Apostolicam. *Id.*
apud eosd. ibid. §. 4. Et refert.
etiam Gavan. ver. Beneficio
provisio, num. 1. 2. 3. 4.

1567. 16. Maii. - Si Episcopus 49
in concursu ad Beneficia Pa-
rochialia elegerit minus ha-
bilem, possunt magis idonei
rejecti, ab hujusmodi mala
electione appellare ad Metro-
politanum, vel eo eligente,
ad Sedem Apostolicam, ac
ad novum examen coram apel-
lationis Judice sic electum pro-

VOCAT.

vocare : interim tamen sic provisus de Beneficio ab Ordinario, causa hujusmodi appellationis pendente, ab Ecclesia non amoveatur. *Idem apud eosd. ibid. §. 7. & 8. ac Gavan. loc. cit. num. 32.*

1567. 15. Jun. - Quarta funeralis duntaxat consistit in cera, & in aliis oblationibus, quæ deferuntur eo tempore, quo Defunctorum corpora ad Sepulturam asportantur, nec debetur de Missis, & Legatis, aut aliis oblationibus eorum, qui in Ecclesiis Regularium sepeliuntur. *Pius V. apud Ascan. Tambur. de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quesito 17. num. 5. § Vide infra n. 124.*

1567. 30. Aug. - Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, seu Commendatoriorum, & aliorum quorum

rumcumque, quæcumque & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, Sæcularia, vel Regularia obtinentium bona sacra ad usum, & cultum Divinum etiam in eorum privatis ædibus, & Capellis, vel Oratoriis destinata, & tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta, non veniunt sub nomine Spoliorum ad Cameram Apostolicam pertinentium, sed applicanda sunt Ecclesiis propriis, & Successores propria auctoritate illa apprehendere possunt. *Idem apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constitut. 42. quæ incipit Romani, & referunt etiam Quaran. ver. Spol. Cleric. ac Gavan. sub eodem ver. num. 2. & 3. §. Vide supra num. 34. & infra n. 67.*

M

1567.

1567. 30. Aug. - Supellectilia
 Presbyterorum, veluti Sca-
 mna, Cathedræ, Arcæ, etiam
 lingneæ, vel lapideæ, etiam
 marmoreæ, Mensæ, & Tabulæ,
 ac Dolia, seu Vasa vinaria
 vacua, & alia similia non ve-
 niunt similiter sub nomine
 Spoliorum. *Idem apud eosd.*
ibid. & apud Gavan. loc. cit.
num. 5.

1568. 9. Mar. - Omnia, & sin-
 gula Beneficia Ecclesiastica,
 cum Cura, & sine Cura, Sæ-
 cularia, & Regularia, ubi-
 libet existentia, Sede Epi-
 scopali, Archiepiscopali, Pa-
 triarchali, Primatiali qua-
 rumcumque Ecclesiarum va-
 cante, quomodolibet vacan-
 tia, & vacatura, reservan-
 tur Papæ. *Pius V. apud Cher.*
in Bullar. tom. 2. Constit. 55.
que incipit Sanctissimus, &
refe-

referunt etiam Quar. in Sum.
Bullar. ver. Benefic. reserv.
ac Gavant. sub eodem verb. n. 2.

1568. 1. Apr. - Resignari possunt 54.

Beneficia in manu Episcopi à
senio confectis, à valetudina-
riis, à corpore vitiatis, à crimi-
ni obnoxiiis, à censura irretitis
ab obtinentibus plura Benefic.
ab ingressuris Religionem, à
Matrimonium contracturis,
& à capitales inimicitias ha-
bentibus. Idem apud eumd. ib.
Constit. 58. quæ incipit Quan-
ta, & referunt etiam Quar. ver.
Benefic. resign. ac Gavant. sub
eod. ver. num. 2.

1568. 1. Apr. - Nullus tamen ex 55.
præmissis sacro Ordini manci-
patus valeat Beneficium resi-
gnare, nisi Religionem ingres-
surus, & nisi aliunde ei sit, quo
in vita possit comòdè susten-
tari. Id. apud eumd. ib. & apud
Quar. l. c. M 2. 1568.

1568. 1. Apr. Caveant Episcopi, aliique facultatem habentes, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri Successores in Beneficiis significantur. *Idem apud eosd. ibid. & refert etiam Gavan. loc. cit. num. 3.*

1568. 1. Apr. - Beneficia resignanda, non sunt conferenda consanguineis Collatorum, vel Resignantium. *Idem apud pres. Cherub. ibid. & apud Quaran. loc. cit. ubi assertur Congregationem Concilii declarantem, quod Beneficia Jurispatronatus non comprehenduntur in hac Constitutionis parte, & proinde Episcopi possunt hujusmodi Beneficia eorum, aut resignantium affinis conferri.*

1568. 13. Jun. - Qui Parochialem, & Canonicatum, seu Dignitatem

gnitatem distinctam habet, resideat in Parochiali, & Parochus ibidem residendo, lucretur omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus, & gaudeat distributionibus Canonici sui, & aliis, quæ ex iusta causa absentes percipere non solent. *Pius V. apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 65. quæ incipit Cupientes, & referunt etiam Quarant. ver. Residentia, Barbosa de potest. Parochi, par. 1. cap. 8. num. 12. & Engel in Man. Parochor. par. 2. cap. 5. num. 14. ac Gavan. ver. Parochor. residentia, num. 10. & 11. § Vide infra num. 230. § Vide quo ad residentiam supra num. 32. & infra n. 66.*

1568. 1. Jul. - Decretum Concilii Tridentini Sess. 24. cap. 3. de Matrim. quo cavetur, im-

M 3

pe-

pedimentum publicæ honestatis, ubi Sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli, ubi verò valida fuerint, non excedere primum gradum, procedit in Sponsalibus de futuro tantum, non autem de Matrimonio contracto, sed in hoc durat adhuc impedimentum in omnibus casibus, & gradibus, quibus de jure veteri introductum erat. *Idem apud eumd. Cherub. ibid. Constit. 62. quæ incipit. Ad Romanum, & referunt etiam Quarau. in Sum. Bullar. ver. Matrim. impedim. ac Gavan. in Man. sub eod. ver. num. 6. & 7. nec non Engel. in Man. Parochor. par. 3. sect. 10. n. 2. & etiam Laymantom. 2. lib. 5. tr. 10. par. 4. cap. 9. n. 5. ubi citantur Navar. lib. 4. cons. 11. num. 4. de Spons. edit. 2.*

¶

¶ Sanchez lib. 7. disp. 70. n. 5.

§. Vide infra n. 552.

1569. 1. Jun. - Omnia Beneficia in confidentiam recepta vacant ipso jure, & sic vacantia reservantur Sedi Apostolicæ. Pius V. apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 85. quæ incipit Intolerabilis, quam citat Quaran. ver. Beneficior. reservatio, & sic antea constituit Pius IV. 1564. 17. Octob. apud eumd. Cherub. ibid. Constit. 85. qua incipit Romanum, & etiam apud Gavan. in Man. ver. Benef. reservat. num. 5. ac ver. Benefic. vac. num. 20.

1571. 20. Sept. - Quicumque habens Beneficium Ecclesiasticum, cum Cura, & sine Cura, si post sex Menses, quam illud obtinuerit, Divinum Officium legitimo necessan-

M 4

te

te impedimento non dixerit, Beneficiorum suorum fructus, pro rato omissionis Officii, & temporis, suos non faciat, sed eos tanquam injustè perceptos in fabricas ipsorum Beneficiorum, vel Pauperum eleemosynas erogare tenetur. *Pius V. in confirmatione Decreti Leonis Decimi, Constit. quæ incipit Ex proximo apud Quarant. in Sum. Bullar. ver. Hoc Canonica, & referunt etiam Gavan. sub eod. ver. num. 24. ac Barbosa de potest. Paroch. par. 1. cap. 10. num. 31. nec non Nicol. in Flosc. ver. itid. Horæ Canonicae, num. 7. § Regularis, qui Parochiam tenet Monasterio incorporatam, & eam habet tanquam Administrator, & Vicarius temporalis ad nutum Superioris amovibilis videtur, quod non teneat.*

teneatur ad restitutionem, si
Breviarium omittat, *ex Engel*
in Man. Parochor. par. 2. cap.
6. num. 11. §. Vide infra n.
569. & 581.

1571. 20. Sept. Qui Horas o- 62.
mnes Canonicas, uno, vel
pluribus diebus intermiserit,
omnes Canonicas, uno, vel
pluribus diebus intermiserit,
omnes Beneficii, seu Benefi-
ciorum suorum fructus, qui
illi, vel illis diebus responde-
rent, si quotidie dividerentur,
amittat: qui verò Matutinum
tantum omiserit, dimidiam
partem fructuum diei: qui
cæteras omnes Horas, aliam
dimidiam; & qui harum sin-
gulas, sextam partem amittat.
Idem apud eumd. Quarant. loc.
cit. & apud Gavan. ibid. num.
1. & 2. §. Vide infra num.
611.

M 5,

1573.

1573. 24. Octob. - Commenda-⁶¹
tarius Abbatiaë exemptæ ex-
istentis intra fines alicujus
Diocesis, & habentis jura
quasi Episcopalia, non pot-
est facere concursum Bene-
ficiorum Curatorum, hoc
enim spectant ad Episcopum,
in cujus Diocesi est Abba-
tia, qui electo magis idoneo,
mittet eundem ad Com-
mendatarium pro collatione.
Congr. Conc. apud Garz. de
Benefic. cap. 2. num. 124. cita-
tum ab Ascando Tambur. de
Jure Abbat. tom. 3. disput. 9.
questio 19. num. 1.

1574. 11. Sept. - Tertiariæ, quæ ⁶¹
non sunt verè Religiosæ, in
Paschate, & in morte tenen-
tur à proprio Parocho Sa-
cramenta recipere. *Congreg.*
Episc. in una Rossanten. apud
Piasecc. in Prax. Episc. par.
2. cap.

2. cap. 3. num. 52. relatum
ab eod. Tambur. de Jure Ab-
batiss. disp. 7. quaesito 3. num.
4. ¶ Vide supra num. 21. &
infra num. 106. & 107.

1576. 20. Febr. - Famuli sæcu- 65.
lares in Monasteriis degen-
tes, ad Parochialem in Pa-
schate ire debent. Congr. Conc.
apud Gavan. in Man. ver, Eu-
charistia, num. 24.

1576. 23. Dec. - Parochi tem- 66.
pore Pestis tenentur omnino
residere in suis Ecclesiis Paro-
chialibus, & si non resideant,
agendum contra eos ex De-
creto Concilii Tridentini Sess.
23. cap. 1. Congreg. Episcop.
in responsione ad Divum Caro-
lum apud Fagnan. cap. Cleri-
cos, de Cler. non residen.
num. 45. citatum à Nicol. in
Flosc. ver. Pestis, num. 3. ¶
M 6 apud

apud Barbos. de potest Paroc.
 par. 1. cap. 8. num. 31. ac Cor-
 deir. de perf. Parocho, par. 2.
 tract. 1. quest. 11. num. 1. ubi
 plures Doctores citantur: eam-
 dem responsionem refert Engel
 in Man. Parochor. par. 2. cap.
 5. num. 11. ubi ait, quod potest
 Parochus per Vicarium ido-
 neum Sacramenta administra-
 re, ne cogatur sine necessitate
 præsentissimum vitæ pericu-
 lum subire: De hac residentia
 idem constituit Gregorius
 XIII. 1577. 10. Dec. apud Gao-
 van. in Man. ver. Pests, in-
 addit. num. 1.

§ Vide supra num. 58. & in-
 fra n. 182.

1577. 21. Jan. Regularium ex-
 tra Claustra etiam de licen-
 tia suorum Superiorum de-
 gentium bona mobilia, & im-
 mobilia, etiam ex red-
 di.

dibus Beneficiorum Ec-
clesiasticorum cum Cura, &
sine Cura per eos obtentorum
acquisita, sub Spoliorum no-
mine comprehenduntur, ac
proinde, non ad eorum Mona-
steria, sed ad Cameram Apo-
stolicam spectant. *Gregor.*
XIII. apud. Cherub. in Bullar.
tom. 2. Constit. 43. quæ incio-
pit Officii nostri. § Vide
supra num. 51. § Alicubi di-
versa adest Consuetudo.

1577. 20. Mar. - Datur Coadju- 68.
tor Parocho juniore, cui pro-
pter diversos rationabiles re-
spectus, Mulieres præcipuè
confiteri non confidunt, do-
nec fiat moribus, & ætate gra-
vior: vel quando propter li-
tes, aut alia est invisus Popu-
lo, saltem à Paschate ad Pen-
tecosten. *Congr. Episc. apud*
Nicol, in Flosc. ver. Coadju-
M 7 tor.

tor, num. 6. § Vide infra n.
83.

1577. 27. Aug. - Regulares illi, 69.
qui Parochialem Ecclesiam
Conventui unitam habent,
procuratori Episcopalis Vi-
sitationis contribuant. *Eadem*
apud Gavan. in Man. ver. Vi-
sitato, num. 52.

1578. 15. Jan. - Non debet E- 70.
piscopus gravare Parochos
pro aliqua insolita contribu-
tione quoad Candelas in die
Purificationis. *Congr. Episc.*
apud Nicol. ver. Candelæ,
num. 2. § Vide infra num.
202.

1578. 8. Mar. - Si Commenda- 71.
tarius Hierosolymitanus in-
fra terminum, &c. non præ-
sentet idoneam Personam in-
stituendam ad Parochiam, Epi-
scopus provideat. *Ead in una*
Senen. apud eumd. ver. Hiero-
solymitani, n. 7. 1578.

1578. 18. Mar. - Capellani et- 72.

iam Jurispatronatus celebra-
re debent in horis commodis
Ecclesiæ, & Patroni non pos-
sunt tenere claves suarum Ca-
pellarum. *Ead. in una Genu-
ens. apud eumd. ver. Capella-
nus, num. 3. & ver. Patronus,
num. 28.*

1579. 13. Octob. - Monumenta 73.

Marmorea muris, seu colu-
mnis Ecclesiasticis adhæren-
tia, præsertim amotis cada-
veribus à locis altis, non
comprehenduntur in Con-
stitutione Pii V. à nobis su-
pra relata num. 39. quia hæc
nullam indecentiam, immo
magnum ornamentum affe-
runt Ecclesiis. *Congr. Episc.
in una Mantuana apud Ni-
col. in Flosc. ver. Sepultura,
num. 2.*

1579. 1. Dec. - Calices, Al- 74.
tarium

tarium Tobaliæ, & alia Sacra
Suppellex auferri non possunt
pro aliquo debito. *Ead. in una
Spoletana apud eumd. ver. Hy-
potheca, num. 2.*

1579. 15. Dec. - Parochus ex-
torquere non debet à nolente
solvere, nec quidquam petere
pro Benedictione Sponsorum,
vel Mulieris post Partum, sed
si quis ei spontè quidquam do-
nare voluerit, poterit recipere.
*Ead. apud eumd. verb.
Gratis, num. 2.*

1580. 17. Jan. - In omni eventu
nullus debet cogi ad major-
em solito contributionem
pro subsidio charitativo. *Con-
gr. Episc. apud Barbos. de Ju-
re Eccles. lib. 3. cap. 21. num.
7. citatum ab Ascan. Tambur.
de Jure Abbat. tom. 3. disp.
10. quesito 3. num. 9. § Vide:
infran, 266.*

1580.

1580. 16. Mar. - Uniri non pos- 77.
sunt Seminario per Ordinari-
um Beneficia Curata, sed Sim-
plicia, & eorum supportatis
oneribus. *Ead. in una Rossanen.*
apud Nicol. in Flosc. ver. Se-
minarium, num. 11. § Vide
infra num. 103.
1580. 26. Jul. - Curati Hieroso- 78.
lymitani compelli possunt ab
Ordinario ad executionem
Decretorum Visitationis A-
postolicæ etiam in Bulla Pii
V. non comprehensorum, ali-
às ea Visitatio quoad ipsos ra-
rò haberet effectum. *Congr.*
Conc. in una Papien. apud
eumd. ver. Hierosolymitani,
num. 10.
1580. 30. Sept. - Episcopus di- 79.
spensare non potest, ut Missæ
relictæ à Testatore in una Ca-
pella, dicantur, vel remittan-
tur in alia, quando satisfieri
possunt.

possunt in propria. *Ead. in una
Hispalen. apud eumd. ver.
Missa, num. 18. § Vide infra
n. 274.*

1580. 20. Octob. - Si approba- 80
tus ad Beneficium renuat, vel
nequeat acceptare, novus
Concursus est indicendus.
*Ead. apud eumd. ver. Con-
cursus.*

1580. 8. Nov. - Provisio Cano- 81
nicatus valet, licet non fue-
rit expressum, quod habe-
bat curam Animarum per
turnum. *Congr. Episc. in una
Cœnens. apud Nicol. in Flosc.
ver. Canonicus, num. 3. §
Vide supra num. 58. & infra
num. 130.*

1580. 13. Nov. Beneficia col- 82
lata Personis contaminatis
ob genus, hæresim, & à
Fide Apostasiam sunt reser-
vata Papæ. *Gregor. XIII. apud
Cher.*

Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 66. quæ incipit In Ecclesiis, & referunt etiam Quarant. in Sum. Bullar. ver. Benefic. reserv. & Gavan. in Man. sub eod. ver. num. 4.

1581. 7. Mar. - Curato, ex eo 83.
solum, quod una tantum aure surdus sit, non est dandus Coadjutor. *Congreg. Episc. in una Faventina apud Nicol. ver. Coadjutor, num. 4. § Vide supra num. 68. & infra n. 120.*

1581. 9. Mar. - Nullum est, & 84.
delendum Decretum Synodi Diocesanae, ubi assignatum fuerit Examinatoribus stipendium ex fructibus Parochialium Ecclesiarum, & aliorum Beneficiorum vacantium. *Congr. Conc. in una Salernitana apud eumd. ver. Examen, num. II. †*

1581.

1581. 20. Jun. - Prohiberi non debet à quærendis eleemosynis Ecclesia Devotionis, quæ aliter manuteniri non potest. *Congreg. Episc. in una Maceraten. apud Nicol. Flosc. ver. Eleemosyna, num. 8.*
1582. 30. Jan. - Negligentia Patronorum in præsentando ad Beneficia non punitur in pecunia, sed Juris sui pro illa vice amissione. *Ead. apud eumd. ver. Patronus, num. 10.*
1582. 16. Maii. - Ubi est usus, ut pro quolibet Mortuo ab Intestato solvatur Parocho scutum unum, tolerari potest. *Ead. apud eumd. ver. Testamentum, n. 7.*
1582. 5. Jun. - Curatus nihil petere debet pro administratione Baptismi, nec antea investigare, quid sibi donare velint. *Ead. in una Tropien. apud eumd. ver. Baptismus, n. 4. 1582.*

1582. 3. Octob. - Missa in Fe. 89.

stis ordinariis celebrari, & au-
diri potest in aliqua Ecclesia
vicina, quando Parochialis ni-
mium distat. *Congr. Episc. in
una Cavensi apud Nicol. in
Fosc. ver. Parochus, num. 35.*

§ Vide supra num. 12. & infra
num. 277.

1582. 23. Nov. - Sepultura in 90.

Ecclesiis Regularium non de-
betur illi, qui cum habitu Re-
gulari petit tantum sepeliri.

*Ead. apud Gavan. in Man. ver.
Sepultura, num. 19. § apud
Mancin. in Pract. visit. Infirm.
in brevi tract. de Sepult. dub.*

15. § Vide supra num. 18. &
infra n. 580.

1583. 5. Jan. - Debet fieri pu- 91.

blicatio de quacumque Bene-
ficii resignatione etiam ex
permutatione, & quidem citra
montes intra sex Menses, ul-

tra

tra montes verò intra novem
 à data concessionis gratiz.
*Gregor. XIII. apud Cherub. in
 Bullar. tom. 2. Constit. 85.
 quæ incipit Humano, & reser-
 runt etiam Quatan. ver. Bene-
 fic. resign. public. ac Gavan.
 ver. Benefic. resign. num. 20.
 & 21.*

1583. 5. Jan. - Prædicta publica. q2.
 tio fiat in Cathedrali, & in
 Beneficii Ecclesia, vel Ec-
 clesiis, si in pluribus sit Be-
 neficium, & inter Missarum
 solemnia, lectis clarà, &
 intelligibili voce litteris A-
 postolicis: Quòd si Ecclesia
 Beneficii sit Ruralis, aut Po-
 pulo, conventuque careat,
 fiat eo casu publicatio in
 Parochiali, intra cujus limi-
 tes est Beneficium, nec non
 in Cathedrali: & si non
 est aditus ad illas, fiat in vici-
 nioribus

niori Cathedrali, vel Parochiali. *Idem apud eumd. ibid.*
 Et *Quaran. loc. cit. nec non*
Gavan. ibid. num. 22. Et
seqq.

1583. 5. Jan. - Beneficia sine 93.
 hujusmodi publicatione re-
 gnata vacant, & sic vacan-
 tia reservantur Sedi Aposto-
 licæ. *Idem apud eumd. ibid. Et*
apud Quaran. loc. cit. ac Gav.
ver. Benef. reserv. n. 9. Et ver.
Benefic. vac. n. 16.

1583. 5. Jan. . In resignationi- 94.
 bus, quæ fiunt in manibus
 inferiorum Papæ, intra men-
 sem negotium universum ab-
 solvatur, & sic Provisus
 intra tres menses à die sibi
 factæ provisionis illam pu-
 blicet, sub pœna nullitatis:
 Ordinarii verò, qui hæc
 non perfecerint, sint ea vice
 privati potestate disponen-
 di

di

di de illis Beneficiis, eorumque dispositio ad Sedem Apostolicam devoluta existat. *Item apud eumd. ibid. § Quar. loc. cit. ac Gavan. ibid. num. 26. § 27.*

1583. 15. Mar. - Parochiani non audientes quotidie concionem in Quadragesima, non sunt ab Episcopo excommunicandi. *Congr. Episc. apud Gavan. in Man. ver. Excommunicatio, num. 34. § Vide supra num. 14. & infra num. 141.*

1583. 24. Maii. - In Mense Apostolico fieri possunt ab Episcopo Beneficiorum permutationes. *Ead. apud eumd. ver. Benefic. permut. num. 5.*

1583. 8. Jul. - Societas Mortis neminem sepelire potest, neque miserabilem, non admonito Parocho. *Congr. Episc. in*

una

una *Sanogallien. apud Nicol.*
in Flosc. ver. Confraternitas,
num. 20. § Vide infra num.
 188.

1584. 24. Apr. - Licet à Defun-98
 cto accersiri tantum Regula-
 res jubeantur, non tamen ex-
 cluditur proprius Parochus.
Congr. ead. apud Gavan. ver.
Exequiæ, num. 6. § Vide infra
num. 257.

1584. 28. Octob. - Regulares, 99
 ad quos defertur Defunctus,
 neque Domi, neque in via
 officium facere possunt, ut
 Parochi. *Ead. apud eumd. ibid.*
num. 21. citatam à Mancin.
in Pract. visitan. Infirm. in ad-
dit. de Sepult. dub. 5.

1584. 11. Dec. - Regulari Paro-100
 cho minus digno potest alter
 subrogari, & debet, si Episco-
 pus velit. *Congr. Episc. apud*
eumd. ver. Benefic. Paroch.
provis. n. 40. N 1585.

1585. 14. Mar. - Abbas nullius loci non potest visitare, vel aliquam jurisdictionem exercere in Beneficiis, quæ sunt extra suum Territorium, licet eorum collatio spectaret ad ipsum. *Ead. apud Nicol. in Flosc. ver. Visit. ordinari. num. 1. sub † 5.*

1585. 19. Mar. - Arma, Sagittæ, & ejusmodi, ne appendantur in Ecclesiis. *Ead. apud Gavan. in Man. ver. Ecclesia, num. 48.*

1585. 14. Maii. - Beneficia etiam noviter erecta, Seminario contribuere debent, deducto tamen onere, & reddibus in eleemosynis consistentibus. *Congreg. Episc. in una Tridentina apud Nicol. in Flosc. ver. Benefic. Ecclesiast. num. 52.*
 § Vide supra num. 77. & infra num. 110.

1585.

PRO PAROCHIS.

291

101.
1585. 14. Maii. - In Oratoriis 104.
Confratrum ne Missa celebretur diebus festis ante Missam Parochialem. *Ead. apud Gav. ver. Missa, num. 20.*

§ Vide infra num. 151.

102.
1585. 23. Maii. - Parochus ap- 105.
probatus per concursum censetur idoneus ad audiendas confessiones etiam extra suam Parochialem, sed in ea tantum Civitate, vel Loco, ubi sita est Parochialis, non autem passim per totam Diocesim. *Ead. apud Nicol. ver. Paroch. num. 7.* § refert etiam Engel in *Man. Paroch. par. 3. cap. 2. num. 6.* ubi ipse excipit consuetudinem.

103.
1586. 23. Jan. - Regulares non 106.
possunt in die Paschatis communicare eos, qui intra tempus Paschale de manu Parochi Eucharistiam acceperunt.

N 2

runt

runt, vel intentionem habent priusquam labatur Octava Paschalis, de manu Parochi eam sumere. *Congr. Conc. apud Mancin. in Pract. vifit. Infirm. pract. 9. dub. 9. S* Vide supra n. 64. & infra n. seq. & 179.

1586. 23. Jan. - Si quis communicaret in Ecclesiis Regularium infra tempus Paschale (excepto die Resurrectionis) animo satisfaciendi præcepto Ecclesie, non satisfaceret, quia in Canone *Omnis utriusque sexus* præcipitur, à proprio Parocho Eucharistiam sumi. *Ead apud eumd. ibid.*

1586. 4. Febr. - Nominatio Curati in Ecclesia Regularibus subjecta spectat ad eorum Superiores, ad Episcopum autem sola approbatio. *Congr. Episc. in una Mutinen. apud Nicol. in Flosc.*

Floſc. ver. Cura Animar. num.
72.

1586. 15. Mar. - Præſentatus ex 109.
vi Jurispatronatus poteſt in-
ſtitui etiam in Menſe Apoſto-
lico. *Ead. apud Gavan. in*
Man. ver. Juſpatronatus, nu.
60.

107. 1586. 13. Maii. - De incertis 110.
redditibus nemo tenetur con-
tribuere Seminario. *Ead. apud*
eumd. ver. Seminarium, n. 46.
§ Vide ſupra num. 103. & in-
fra num. 135.

108. 1586. 10. Jun. - Corpora Sancto- 111.
rum nondum Canonizato-
rum non ſunt ponenda ſub
Altari. *Congr. Episc. apud*
eumd. ver. Reliquæ, n. 12.

1587. 20. Febr. - In Concursu 112.
ad Beneficia præferri debet qui
nullum habet Beneficium, ob-
tinenti. *Rota decif. 768. apud*
Gavan. ver. Benefic. Paroch.
N 3 proviſ.

provis. num. 28. *¶* apud Barb.
de potest Parochi, par. 1. cap.
2. num. 116. ubi alia notantur
posteriores ejusdem Rotæ De-
cisiones.

1587. 8. Jun. - Ecclesiarum Ad- 113
ministratores tenentur face-
re bonorum Ecclesiasticorum
Archivium. *Sixtus V. in-Con-*
stit. que incipit Provida, apud
Quaran. in Sum. Bullar. ver.
Archivius.

1587. 27. Jun. - Per Eunuchos, 114
& Spadones utroque teste
carentes non sunt contrahen-
da Conjugia cum quibusvis
Mulieribus prædictum defe-
ctum ignorantibus, vel scien-
tibus, etiamsi alicubi adessent
Statuta, Leges municipa-
les, & Consuetudines in con-
trarium. *Idem apud Cherub.*
in Bullar. tom. 2. Constit. 39.
que incipit Cùm frequenter,
¶

*Referunt etiam Quarant. ver.
Matrim. impedim. ac Gavan,
sub eod. ver. num. 17.*

1587. 30. Jun. - Qui mutat for- 115.
mam ordinariam Baptismi,
graviter puniri debet, licet
mutatio esset tantum acciden-
talis. Congr. Episc. apud Ni-
col. in Flosc. ver. Baptismus,
num. 2.

1587. 5. Sept. - Ad Beneficia Re- 116.
gni Valentiae quovis modo
vacatura (sive sint Canoni-
catus, & Præbendæ, ac Di-
gnitates etiam majores post
Pontificales, sive Parochiales
Ecclesie, seu earum perpetuæ
Vicariæ) indigenæ ejusdem
Regni, in eo verè nati, & non
alienigenæ aliorum Regno-
rum Hispaniæ admittantur.
*Sixtus V. apud Cherub. in Bul-
lar. tom. 2. Constit. 64. quæ in-
cipit In Sacrosancto, §. 2.*

N 4

1587.

1587. 5. Sept. - Si in fundatio- 117.
 nibus Beneficiorum de Jure-
 patronatus Laicorum, seu illo-
 rum & Clericorum mixtim
 existentium, caveatur ex-
 pressè, quod soli Clerici, seu
 Presbyteri de Fundatorum
 genere, & familia oriundi ob-
 tinere possint eo casu etiam
 alienigenæ de genere, seu fa-
 milia Fundatorum hujusmo-
 di possint in Beneficiis insti-
 tui: Similiter & alienigenæ
 alicujus Regni Hispaniæ, in
 quo indigenæ Regni Valen-
 tiæ absque aliquo obstaculo
 ad Beneficia admittentur.
*Idem apud eund. ibid. f. 5.
 & 6.*

1588. 3. Mar. - Non sunt prohi- 118.
 benda Matrimonia ignoran-
 tibus Doctrinam Christia-
 nam, nisi comminatoriè id fi-
 at. *Congr. Episc. in una Aquin.
 apud.*

117. apud *Barbos. de potest. Paroch. par. 2. cap. 21. num. 3.* & referunt etiam *Gavan. in Man. ver. Matrim. celebr. num. 6. ac Nicol. in Flosc. ver. Doctrina Christ. num. 1.* ¶ Vide infra num. 133.

1588. 26. Jun. - Non est retinenda Eucharistia in Vasibus eburneis, sed in Pixide argentea intus inaurata *Ead. in una Venetiar. apud Nicol. ver. Eucharistia, num. 22.* & apud *Gavan. sub eod. ver. num. 5.* 119.

1588. 9. Aug. - Curatus Curæ numerosæ, & pinguis, adstrictus ad tenendum Coadjutorem, debet ipse illi solvere mercedem, non verò ad id cogere Parochianos. *Ead. in una Senogallien. apud Nicol. ver. Cura Animar. num. 7.* ¶ Vide supra num. 83. & infra num. 194. & 197. 120.

M 5

1588.

1788. 8. Nov. - Parochus sæcu- 121.
laris audiens Confessiones te-
netur deferre Superpelliceum,
& Stolum. Congr. Episc. apud
Gavan. ver. Perochor. mun.
in addit. num 3.

1588. 16. Nov. - Clerici abor- 122.
tum animati foetus procuran-
tes, consultantes, & quocum-
que modo consentientes, pri-
vantur Beneficiis, quæ Bene-
ficiis, quæ Beneficia sic va-
cantia reservantur Sedi Apo-
stolicæ. *Sixtus V. apud*
Quaran. in Sum. Bullar. ver.
Abortus, ubi ait, quod Gre-
gor XIV, (in Bullar. tom. 2.
Constitut. 8. quæ incipit Se-
des Apostolica) non intelle-
xit moderari præfatam Con-
stitutionem Sixti V. quoad
pœnas, sed tantum quoad ab-
solutionem.

1588. 25. Nov. - In Choro,
ubi sunt Canonici, non
sunt

121. sunt interferendi Archipresbyteri, five Curati, qui non sunt de gremio. *Congr. Episc. apud Nicol. ver. Capitulum, num. 3.*

122. 1588. 29. Nov. - Parocho non I 24. debetur Quarta de Intortitiis, quæ portantur à Locis piis ad associandum pauperes ad Sepulturam. *Ead. apud Barbos. de potest. Paroch. par. 3. cap. 25. num. 40. Et referunt etiam Gavan. in Man. ver. Quarta, num. 3. Et Mancin. in Pract. visit. Infirm. in brevi tract. de Quar. funer. dub. 16. § Vide supra num. 50. & infra n. 155.*

1588. 6. Dec. - Tollendus est I 25. cum omni diligentia, & Pastoralis sollicitudine Gentilitatis abusus, quod Fœminæ in funere suorum Liberorum, Parentum, aut Maritorum,
N 6 capillos

capillos vellant, non tamen imponenda poena Excommunicationis. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Sepultur. num. 19.*

1588. 6. Dec. - Convivia, & 126.
prandia tolerari possunt in An-
niversariis Defunctorum, *Ead. apud eumd. ibid. n. 20.*

1579. 9. Jan. - Beneficiatus o- 127.
mittens Clericalem Habitum,
& Tonsuram, privetur Bene-
ficio, quod Beneficium sic va-
cans reservatur Sedi Apostoli-
cæ. *Sixtus V. apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 92. que incipit Cum sacrosancta, & referunt etiam Quarant. in Sum. Bullar. ver. Habitus Cleric. ac Gavan. in Man. ver. Benef. reserv. num. 11. & ver. Benef. vac. num. ibid. 11. § Vide infra n. 130.*

1589. 20. Maii. • Plebani, & qui- 128.
cum-

cumque Ecclesiarum Rectores, qui Bannitos, & Viarum Grassatores in Regno Neapolitano recipiunt, pœnam incurrant Excommunicationis latæ sententiæ, reservata Papæ absolutione. *Idem in Constit. que incipit. Exponi, apud Quaran. ver. Bannitorum fautores.*

1589. 21. Maii. • Ad Synodum 129.
admittendi sunt Curati tantummodo, & Beneficiati, nisi esset consuetudo, quod interveniret totus Clerus. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Synodus, num. 2.*

1589. 18. Octob. - Habitus Clericalis potest esse brevior in iter agentibus, & Ruri habitantibus. *Ead. apud Gavan. ver. Clericus, num. 5. § Vide supra num. 127.*

1589. 12. Dec. - Matrimonii de- 131.
M 7 nun.

nunciationes possunt fieri eo tempore, quo Nuptiæ prohibentur. *Ead. apud eumd. ver. Matrim. denunc. num. 3.* § refert Barbosa de potest Parochi, par. 2. cap. 21. num. 14. § 22. § Vide infra num. 439.

1589. 18. Dec. - Tempore Adventus, & Quadragesimæ non prohibentur Sponsalia de futuro. *Congr. Episc. apud Gavan. ver. Matrim. celebr. in addit. num. 1.*

1590. 16. Jan. - Doctrina Christiana non est legenda inter Missarum solemnias, sed recitanda per Dialogum post prandium ante Vesperas à Pueris cum sonitu Campanulæ congregandis. *Ead. in una Gallipolitana apud Nicol. ver. Doctrina Christ. num. 2.* § Vide supra num. 118, & infra n. 154. 1590.

1590. 20. Febr. - Mulieres Lati- 134-
næ datæ Græcis in Matrимо-
nium, ne permittantur vive-
re more Græcorum. *Ead.*
apud Gavan. ver. Græcor. ju-
ra, num. 5. § apud Nicol. ver.
Græci, num. 3.

132. 1590. 8. Mar. - Uni tantum Se- 135-
minario facienda est contri-
butio, & quidem Seminario
Diœcesis, in qua situm est
Beneficium, licet ejusdem
Beneficii collatio spectaret ad
Episcopum altarius Diœce-
133. sis. *Congr. Conc. apud Nicol.*
ver. Seminarium, num. 3. †
§ Vide supra num. 110, & in-
fra num. 248.

1590. 20. Mar. - Uti potest Pa- 136-
rochus Oleo veteri Sacro in
casu necessitatis. *Congr. Episc.*
apud Gavan. in Man. ver. Ex-
tr. Unct. n. 10.

1590. 15. Maii. - Sponsis copu- 137-
lam

Iam habentibus ante conjunctionem Sacerdotalem ne detur publica poenitentia, sed salutaris, vel pecuniaria moderata. *Ead. apud eumd. ver. Matrim. celebr. n. 5.*

1590. 13. Jun. • Qui aliàs habuit Parochialem, non ideo est preferendus in concursu. *Rota in una Beneventana coram Orano apud Nicol. in Flosc. ver. Benefic. Eccles. num. 22.*

1590. 26. Jun. - Reis capitali sententia damnatis, etiam manè quando exequenda est, potest administrari Eucharistia. *Congreg. Episc. apud Gavan. ver. Eucharistia, num. 49. Et asserunt etiam Mancin. in Pract. visit. Infirm. pract. 8. dub. 37. Et Sà, ver. Eucharist. num. 2. ubi tenent, etiam non ieiunis administrandam esse.*

1590.

1590. 26. Jun. - Pauperes, qui 140.
diebus ferialibus, seu profestis,
Ruri commorantur, possunt
diebus festis suos contractus
facere. *Eadem apud Nicol. in
Flosc. ver. Festum, n. 25.*

1380. 1590. 3. Jul. - Prædicatorum 141.
eleemosynæ non sunt ab U.
niversitatibus moderandæ:
quod ne fiat, Episcopi curent.
*Congr. Episc. in una Neapoli-
tana apud eumd. ver. Prædi-
cator, num. 21. § apud Gavan.
ver. Concio sacra, num. 56.
§ Vide supra num. 95. & infra
num. 198.*

1390. 1591. 5. Febr. - Vicarius Fora- 142.
neus, vel alii Rectores non
tenentur Curatoribus, vel aliis
Episcopi Ministris per Dicece-
sim discurrentibus ministra-
re, nisi cubile, & lumen, & si
victum eis præbeant, ab Epi-
scopo repetere possunt. *Ead.
in*

*in una Lycien. apud Nicol. in
Flosc. ver. Vicar. Foran. num.
83.*

§. Vide infra num. 147.

*1591. 18. Febr. - Non est im- 143
pediendum Ædificium Eccle-
siae sufficienter dotatae sine
rationabili causa. Rota co-
ram Mantica apud Gavan. ver.
Eccles. num. 9.*

*1591. 2. Jul. Parochi Defuncti 144
locus in funere erit à sinistris
Superioris illius Ecclesiae, ad
quem defertur. Congr. Episc.
apud eumd. ver. Exequiaz. nu.
19.*

*1591. 20. Jul. - Si examen o. 145
mnium Concurrentium ad
Beneficia non potest una die
finiri, in alia continuetur,
& si suspicio aliqua sit, quod
examinandi secunda die ve-
niant in cognitionem inter-
rogationum examinis præ-
cedentis,*

cedentis, nova poterunt fieri
interrogatoria. *Ead. apud Bar-*
bos. de potest. Parochi, par. 1.
cap. 2. num. 53.

1591. 6. Aug. - In Feria quinta, 146.

& sexta majoris Hebdomadæ
ne deferatur Sanctissimum
Eucharistiæ Sacramentum ex-
tra Ecclesiam. *Ead. apud Ga-*
van. in Man. ver. Eucharistia,
num. 19.

1591. 20. Aug. - Vicariis Fora 147.

neis, & Archipresbyteris con-
cedenda est ab Episcopo facul-
tatas, ut de consilio Medico-
rum impertiri possint indigen-
tibus licentiam vescendi cibis
vetitis in Quadragesima: quæ
quidem licentia detur gratis,
ita ut nec pro scriptura quid-
quam accipere liceat. *Ead. a-*
puud Nicol. ver. Quadragesima,
num. 1. § Vide supra n. 142.
& infra num. 187.

1591.

1591. 26. Aug. - Non potest E. 148.
 pilcopus prohibere Curatis,
 ne accedant ad concursum a-
 liarum Parochialium. Congr.
 Episc. apud Barbos. de potest.
 Par. par. 1. cap. 2. num.
 48.

1591. 17. Dec. - Non possunt 149.
 Parochi radere Ossa Sancto-
 rum, daturi cum potu rasuram
 Infirmis. Ead. apud Gavan. in
 Man. ver. Reliquiæ, num.
 34.

1592. 25. Jan. - Ubi Cura Ani- 150.
 marum exercetur per tur-
 num, non debet fieri per Heb-
 domadas, sed per trimestria,
 ut melius sciatur, qui debeat
 vocari, & si committatur er-
 ror, contra quem in particu-
 lari procedi. Ead. apud Nicol.
 in Flosc. ver. Cura Animar.
 num. 1. § Vide infra num.
 406.

1592.

1592. 30. Jun. - Regulares non 151.
 tenentur expectare tempus
 Missæ Parochialis, ut cele-
 brent in suis Ecclesiis. *Congr.*
Episc. apud Gavant. in Man.
ver. Regul jura sub Episc.
num. 30. Refert. etiam Bar-
bossa de potest. Parochi, par. 1.
cap. 11. num. 21. S. Vide su-
pra num. 104. & infra num.
299.

1592, 10. Aug. - Nundinæ, quæ 152.
 fiunt qualibet Hebdomada,
 si occurrerint in die festo, fi-
 ant in præcedenti feria: quæ
 verò fiunt semel in Anno, to-
 lerari possunt post celebratam
 Missam majorem. *Ead. apud*
præf. Gavan. verb. Festi dies,
num. 20.

1592. 26. Aug. - Potest admitti 153.
 ad concursum, qui jam habet
 Beneficium Curatum, qui si
 obtineat secundum, fiat con-
 cursus

curfus proprimo tunc vacante. Ead. apud eumd. ver. Benefic. Paroch. provis. n. 14. § refert etiam Nicol. in Flosc. ver. Concurfus.

1592. 22. Nov. - Possunt Parochi per viam præcepti pœnalis, non autem suæ pœna peccati mortalis obstringi ab Episcopo ad docendum Doctrinam Christianam. Congregat. Episc. in una Bergomen. apud Barbos de potest. Par. par. 1. cap. 15. num. 3. § referunt etiam Gavan. ver. Doctrina Christ. in addit. num. 1. § Nicol. sub eod. ver. num. 4. † § Vide supra num. 133. & infra n. 185.

1592. 14. Dec. - Quartarum locatio, sive affictus inhibendus est sub gravibus pœnis Ead. apud Nicol. ver. Canonica portio, num. 4. § Vide supra

PRO PAROCHIS.

312

supra num. 124. & infra num.
257.

1593. 1. Febr. - Pro Sacramen- 156.
torum administratione nihil

est accipiendum hoc titulo,

etiam à spontè dantibus:

Quod autem offertur spontè
pro eleemosyna, accipi potest.

Congr. Conc. apud Gavan. ver.

Sacramenta, num. 4.

1693. 22. Febr. - In Tabernacu- 157.
lo, ubi asservatur SS. Sacra-

mentum, non sunt retinendæ

Reliquiæ, nec Vasa Sacrorum

Oleorum, nec aliud. *Con-*

greg. Rit apud eumd. verb.

Eucharistia, num. 9. & apud

Nicol. sub eod. ver. num.

20.

1593. 22. Febr. - Eucharistia in 158.
Festo SS. Corporis Christi

non potest deferenda per vias

Hebræorum. *Congr. Episc. a*

pu'd Barb, de potest. Par. par. 1.

cap.

cap.

cap. 20. num. 32. *Et apud Gav.
loc. cit. num. 17.*

1593. 9. Mar. - Si quis Missam 1593.
uno die omissam remittat in
sequenti, nullam debet incur-
rere poenam, modò non sit
Missa Conventualis. *Ead. apud
Nicol. in Flosc. ver. Missa, num.
12.*

1593. 12. Mar. - Valet. Matri- 160.
monium coram Parocho non
promoto infra annum. *Congr.
Conc. apud Gavan. in Man. ver.
Matrimon. celebr. in addit.
num. 5.*

1593. 6. Jul. - Provisus in for. 161.
ma *Dignum* approbari potest
intra terminum executionis
Bullarum, quamquam ab Exa-
minatoribus semel, vel pluri-
es reiectus: Qui tamen fuit
reprobatus in concursu, non
potest in eodem concursu,
amplius approbari in præjudi-
cium

cium aliorum concurrenti-
um. *Congr. Episc. apud Nicol.*
ver. Examen, num. 12.

1599.
1600.
1593. 26. Jul. - Quando Bene- 162.
ficium Rurale, quod non ha-
bet onera Missarum, transfer-
tur ad aliquod Altare, Rector
Beneficii translati non tene-
tur providere de Paramentis.
Ead. apud eumd. ver. Benefic,
Eccles. num. 53.

1610.
1611.
1693. 6. Sept. - Cadavera ne re- 163.
ponatur sub Altaribus, neque
sub gradibus eorum. *Ead. a-*
pu'd Gavan. ver. Sepultura,
num. 6. & apud Barbos. de
potest. Par. par. 3. cap. 26.
num. 10.

1594. 3. Jan. Parochus non est 164.
denuo examinandus ab Epi-
scopo, à quo jam fuit exami-
natus, nisi suspicio probabilis
existat, quod propter infirmi-
tatem, vel aliud accidens non



fit

fit amplius idoneus. *Congr. Conc. apud Nicol. in Flosc. ver. Parochus, num. 23.*

1594. 3. Jan. - Parochus appro- 165.
batus ab Antecessoribus tem-
pore provisionis Parochiali-
um potest ab Episcopo ite-
rum examinari tam in Visita-
tione, quàm extra. *Ead. apud
eumd. ibid. ubi ait, sic eamdem
postea decrevisse in una Placer-
tina 1628. 28. Aug.*

1594. 4. Jan. - Ad Parochum
spectat decernere viam, per
quam exportandus est Defun-
ctus usque ad Portam Eccle-
siæ Regularium, in qua est
sepeliendus. *Congr. Episc. in
una Castellans. apud Barbos.
de potest. Par. cap. 26. num.
74. ¶ apud Gavan. in Man-
ver. Exequiæ, in addit. num.
10. ¶ Vide infra num.
598.*

1594,

1594. 26. Jan. - Examinato, & 167.

approbato in Urbe ad curam
Animarum non possunt ab
Episcopo Ordines denegari
sub prætextu insufficientis
litteraturæ. *Ead apud Nicol.*
ver. Examen, num. 4.

¶ Vide infra num. 540.

1594. 27. Mar. - In Oratoriis 168.

Confratrum non est retinen-
dum Eucharistiæ Sacramen-
tum. *Ead. apud Gavan. ver.*
Confraternitas, num. 21.

1594. 27. Mar. - Ubi adest Vi- 169.

carius perpetuus, onera Pa-
rochialia spectant ad illum,
nulla ex parte ad Ecclesiam,
Monasterium, seu Locum pi-
um, quibus unita est Paro-
chialis. *Congreg. Conc. apud*
eumd. ver. Vicar. perp. 9.

1594. 20. Maii. - Sufficit in a- 170.

liena Diœcesi obtinere Be-
neficio etiam simplex ad

O 2 hoc

hoc, ut quis ab ejus Episcopo possit ordinari. *Ead. apud Nicol. in Flosc. ver. Ordo, num. 3. § Vide supra n. 170.*

1594. 18. Jul. - Parochus non potest dare licentiam operum in die festo, nisi consentiente Episcopo. *Congr. Episc. apud Gavan. in Man. ver. Festi dies, num. 46. § Vide infra n. 173.*

1594. 2. Aug. - Contradictiones Matrimoniorum publicatorum jam ut contrahantur, inscriptis tantum sunt recipiendæ, & cum Contradicentis subscriptione, vel eo scribere nesciente, cum duobus Testibus. *Ead. in una Consenti- na apud Nicol. ver. Matrimonium, num. 14.*

1594. 27. Nov. - Pro licentia operandi in die festo nihil est imponendum titulo eleemo-
synæ,

synæ, nisi hortando, *Ead. apud Gavan, ver. Festi dies, num. 45.*

§ Vide supra num. 171. & infra num. 322.

171. 1594. 6. Dec. - In Ecclesiis Pa- 174⁷
rochialibus Eucharistia regu-
laristia regulariter retinenda
est in Altari majori. *Congreg. Episc. apud eumd. ver. Eucha-
ristia, num. 4. § apud Nicol. sub eod. ver. num. 20.*

172. 1595. 16. Febr. - Qui tempore 175^v
Paschatis confitetur Pœnitenti-
tario satisfacit præcepto Ec-
clesiæ. *Congr. Conc. apud Ga-
van, ver. Pœnitentiarius, num. 35. § Vide infra num. 179. & 596.*

173. 1595. 2. Maii. - Ecclesiæ Paro- 176⁷
chiales Monasterio Canoni-
corum Regularium unitæ
possunt ab Episcopo tanquam
Sedis Apostolicæ delegato vi-
tari,

tari, licet Generalis habet in eo loco Sedem ordinariam principalem. *Decisum refert. Barbosa de Jure Eccles. lib. 1. cap. 14. num. 21. citatus à Gavan. ver. Visitat. Episc. in addit. num. 4.*

1595. 21. Jun. • Curati Regula 177.
res debent habere Socium Regularem in Domo Parochiali. *Congr. Episc. apud eumil. Gavan. ver. Parochor. mun. num. 30. § apud Engel in Man. Parochor. par. 2. cap. 3. num. 7. II. § Vide infra num. 403.*

1595. 21. Jun. • In Beneficiis, Curatis assequendis, ubi Ritus Latinus promiscuè servatur cum Græco, regulariter Latini præferuntur. *Ead. apud Nicol. in Flosc. ver. Græci, num. 16.*

1595. 24. Jun. • Qui non con- 179.
fi-

fitentur, & non communi-
cant in Paschate, non tamen
sunt ipso jure interdicti, sed
interdicendi sunt par senten-
tiam, unde si ante declaratio-
nem moriantur, non erant
privandi Ecclesiastica Sepul-
tura, dummodo objerint cum
signis contritionis. *Ead. in
una Cajetana a quod eumd. ver.
Pascha, num. 1. † § Vide su-
pra num. 106, & infra num.
205.*

177. 178. 179.
1795. 31. Aug. - Nunquam 180.
Monachis Græcis, seu Caloge-
ris Animarum cura commit-
tatur, nisi ex necessitate, vel
alia justa causa. *Clemens VIII.
apud Quarant. in Sum. Bullar.
ver. Græcor. Ritus. § Vide
supra num. 1. & infra num.
seq.*

1795. 31. Aug. - Presbyteri sæc- 181.
culares Græci, abjuratis
O 4 schif-

schismate, & erroribus, atque
in Fide Catholica bene instru-
cti, in Parochialibus, seu Cura-
tis Ecclesiis institui possunt.
Idem apud eumd. ibid.

1595. 12. Dec. - Curati Regula- 182
res tenentur adesse Benedi-
ctioni Fontis Baptismalis in
Sabbato Sancto, si alii tenean-
tur. *Congr. Episc. apud Gavan.
in Man, ver. Parochior. mun.
num. 29.*

1596. 15. Jan. - Qui duas habet 183
Ecclesias Parochiales, unam
in Civitate, & alteram extra
moenia, debet residere in Ci-
vitate, provisa tamen Eccle-
sia extra Urbem, juxta dispo-
sitionem Concilii Tridentini
Sess. 21. cap. *Congr. Conc. in
una Aquilana apud Ascan.
Tambur. de Jure Abbat. tom.
I. disput. 14. quesito 1. num.
10. § Vide infra num. 194.*

§ VI.

§ Vide etiam supra num. 66.
& infra n. 214.

1596. 22. Mar. - In Feria sexta 184.
in Parasceve non est deferen-
da noctu Eucharistia. *Congreg.*
Episc. apud Gavan. ver. Eu-
charistia, num. 20.

1597. 19. Maii. - Licet Animarum 185.
Cura sit communis toti-
us Capituli, ad Archipresby-
terum tamen uti Caput Ec-
clesiæ, & Curatorum spectat
publicare Monitoria, ac Festa,
legere Matriculam, monere
Populum, & docere Doctri-
nam Christianam, ac per con-
sequens ad ipsum solum spe-
ctant emolumenta, quæ pro-
veniunt ex suprascriptis, nisi-
sus habeat, quod dividantur.
Ead. apud Nicol. ver. Cura A-
nimar. num. 3. § Vide supra
num. 154. & infra num. 193.

1597. 10. Sept. - Provisus Apo. 186.
sto-

stolicus mittendus est in possessionem, si ei nihil aliud obstat, nisi Breve Sixti V. super descendencia à novis Christianis. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Benefic. Eccles. num. 43.*

1597. 18. Nov. - Ad Vicarium 187 potius Foraneum in Dicecesi, non autem ad Archipresbyterum spectat dare licentiam operandi in die festo. *ead. apud Gavan. ver. Festi dies, in addit. num. 1. § apud Nicol. ver. Festum, num. 11. § Vide supra num. 147. & infra num. 237.*

1598. 9. Mar. - Societas Mortis non debet impediri, ne sepeliendis Pauperibus Sacerdotem cum Stola ducat. *ead. in una, Cajetana apud Nicol. ver. Sepultura, num. 11. § Vide supra n. 97.*

1598.

1598. 18. Mar. - Curati Reli- 189.
gionis Hierosolymitanæ te-
nentur accedere ad Congre-
gationem Casuum Conscien-
tiæ. *Congreg. Conc. apud Ga-
van. ver. Parochor. mun. n.
32.*

1598. 14. Octob. - Liceat Hære- 190.
di mittere cum Defuncto
Candelas, vel Intortitia extin-
cta, donanda Confraternita-
tibus, dummodo duplum ea-
rum deferantur accensæ. *Con-
greg. Episc. in una Ceneten. a-
pud Nicol. in Flosc. ver. Sepul-
tura, num. 22.*

1599. 18. Apr. - Curati Religio- 191.
nis Hierosolymitanæ tenen-
tur ad omnes functiones, ad
quas cæteri Curati. *ead. in
una Casenen. apud eumd. ver.
Hierosolymitani, num. 9. S
apud Gavant, loc. cit. num.
31.*

O 6

1599.

1599. 10. Nov. - In eo Altari, sub 192,
 cuius Bradella jacent humana
 Corpora Defunctorum, non
 est celebranda Missa, donec
 aliò transferantur. Ead. in una
 Tranensi apud eumd. ver. Al-
 tare, num. 7. & referunt et-
 iam Barbosa de potest Par. par.
 3. cap. 26. num. 10. & Gavan.
 ver. Missa, in addit. num. 1.
 nec non Mancin. in Pract. vi-
 sit. Infirm. in brevi tract. de
 Sepult. dub. 30. ac etiam Lan-
 tusca in Theatro Regul. ver.
 Altare, num. 3.

1600. 11. Jan. - Visitator Apo- 193
 stolicus potest edicere, ut qui
 celebrat Missam Parochialem
 in aurora, recitet vernacula
 lingua Orationem Domini-
 cam, Salutationem Angeli-
 cam, Symbolum, & Præcepta.
 Congr. Episc. apud Nicol. in
 Flosc. ver. Doctrina Christ.
 num.

num. 3. § Vide supra num. 185.
& infra num. 211.

1600. 17. Jan. - Pro Animabus 194.
extra Oppidum existentibus
constituenda est nova Paro-
chialis, vel addendus secularis
Coadjutor, qui de nocte po-
tissimum extra degat. *Ead. apud eumd. ver. Cura Animar. num. 14.* § Vide supra num. 183.

1600. 16. Dec. - Educantis de- 195.
clarantibus se Matrimonium
contrahere velle, permitti de-
bet liber exitus à Monasterio.
*Ead. apud eumd. ver. Matri-
monium, num. 9.*

1601. 9. Jan. - Parochorum li- 196.
cet exemptorum examen spe-
ctat ad Episcopum. *Ead. apud
eumd. ver. Examen, num. 11.*
§ *ver. Parochus, num. 25.*

1601. 5. Febr. - Curato infirmo, 197.
vel mente capto datur Coad-
jutor.

jutor, Congr. Episc. in una Spo-
letana apud Nicol. ver. Coad-
jutor, num. 3. § Vide supra
num. 120. & 194. ac infra n.
201.

1601. 20. Febr. - Non possunt 198,
prohiberi in Parochiali Con-
ciones Quadragesimales eo
titulo, ut frequentior sit Po-
pulus in Cathedrali. ead apud
Gavan. in Man. ver. Concio
sacra, num. 54. § Vide supra
num. 141. & infra numer.
301.

1601. 20. Febr. - Possunt defer- 199,
ri Cadavera ad Ecclesiam pro
beneplacito suorum, non ta-
men sepeliri, nisi post com-
petens temporis spatium.
eadem apud Latusca in Thea-
tro Regul. ver. Cadavera, num
1. § apud Nicol. sub eod. ver.
num. itid. 1.

1601. 20. Febr. - Pro exercenda 200,
cura

cura Animarum assignandæ
sunt Personæ certæ. *Congreg.
Episc. apud Nicol. ver. Cura
Animar. num. 1.* § Pro exer-
cizio Curæ Capitulo Canoni-
corum incumbentis hoc po-
stea decrevit *ead. Congr. 1629.
12. Jan. apud eumd. ver. Ca-
pitulum, num. 15.*

1601. 20. Febr. - Parochus pro- 201.
hiberi non potest ab Episco-
po, ne Campanas pulsare fa-
ciat pro funeribus sine licen-
tia ipsius Episcopi. *Ead. apud
eumd. ver. Parochus, num. 13.*
§ Vide infra num. 285.

1601. 2. Apr. - Si Parochus, 202.
vel qui tenetur, omittat in
die Purificationis distributio-
nem Candelarum, earum
pretium erogetur in Para-
menta, & alia necessaria pro
Ecclesia. *Congr. Episc. apud
Nicol.*

*Nicol. in Flos. ver. Candelæ,
numero 4. §. Vide supra num.
70. & infra num. 255.*

1601. 2. Maii. - Contributiones 203,
pro fabrica Ecclesiarum etiam
Parochialium procurari poti-
us debent amicabiliter, quàm
per vim. *Ead. apud eumd. ver.
Contributio, num. 2.*

1601. 21. Maii. - Cùm Sacra 203,
Congregatio Concilii censue-
rit, neque Constitutionem su-
pra positam num. 8. & seqq.
neque Concilii Tridentini
Decretum dispositioni cap.
*Terrulas 12. q. 2. derogasse,
ex Quaran. in Sum. Bullar. ver.
Alien. rer. Eccl. num. 41.*
prædictum cap. *Terrulas* in-
telligendum est de valore scu-
torum vigintiquinque auri.
*Congr. Episc. apud Gavan. in
Man. ver. Alien. rer. Eccles.
num. 22. & 24, § Vide infra
num. 224, 1601.*

1601. 25. Maii. - Excommuni- 205.
 cati paulò ante Pascha, non
 sunt molestandi, si non com-
 municent in Paschate. *Ead. a-*
puđ eumd. Gavant. ver. Ex-
communicatio, num. 49. ¶
 Vide supra n. 179. & infra n.
 300.

1601. 29. Maii. - Cura Ecclesia- 206.
 rum unitarum, si sint pingues,
 exercenda est per Vicarium
 perpetuum; si verò tenues,
 per Vicarium amovibilem.
Ead. apud Nicol. in Flosc. ver.
Cura Animar. num. 7.

1601. 9. Jun. - Beneficiatus ex- 207.
 ul, soluta, vel affeçurata mer-
 cede Substituti, non amittit
 reliquos fructus Beneficii.
Congr. Episc. apud eumd. ver.
Exilium, num. 4.

1601. 6. Aug. - Non potest pro- 208.
 fanari Ecclesia diruta, ut ibi fi-
 at Domus pro Curato sine li-
 centia

centia. Sedis Apostolicæ. *ead.*
apud Gavan. in Man. ver. Ec-
clesia, num. 20.

1601. 20. Aug. - Parochus, in- 209
 tra cuius fines est Ecclesia
 Confraternitatis, debet adese
 se funeribus, quæ fiunt in di-
 cta Ecclesia, & idem debet
 cantare Missas solemnes, alio-
 quin cantet Cappellanus.
Ead. in una Lauden. apud ver.
Confraternitates, num. 41. &
Nicol. sub eod. ver. num.
 19.

1601. 20. Aug. - Potest Paro- 210
 chus intervenire prædictis
 funeribus, licet Defuncti non
 sint de sua Parochia. *Ead. apud*
eumd. ibid. num. 20.

1601. 20. Aug. - Quo tempore 211
 docetur Doctrina Christiana,
 Regulares non debent officia
 cantare. *Congr. Episc. in una*
Patav. apud Nicol. in Flosc. ver.
 Do-

PRO PAROCHIS.

331

Doctrina Christ. num. 8. §
Vide supra num. 193. & in-
fran. 279.

209. 1601. 20. Aug. - Parochus de- 212.
bet vocare ad funus Clericos
destinatos ab Hæredibus, non
alios. Congr. Rit. in una Lau-
den. apud eumd. ver. Paro-
chus, num. 12. & referunt et-
am Barbosa de potest. Par. par.
3. cap. 26. num. 58. ac Gavan.
in Man. ver. Exequiæ, in ad-
dit. num. 1. nec non Mancin.
in Pract. visit. Infirm. in brevi
tract. de Sepult. dub. 29. § Vida
infra num. 303.

210. 1601. 20. Aug. - In Oratoriis 213.
Confratrum non est exponen-
nenda Oratio quadraginta
Horarum sine licentia Episco-
pi. Congr. Episc. apud Gavan.
ver. Confraternitates, num. 23.
§ Nisi adsit consuetudo in
contrarium,

1601.

1601. 9. Sept. - Inhibitio ab Archiepiscopo decreta contra præceptum Episcopi, quo Rectores Ecclesiarum cogit ad debitam residentiam, ab eodem Episcopo jure merito sperni potest. *Congr. Conc. in una Feltnen. apud Nicol. ver. Inhibitio, num. 2. § Vide supra num. 183. & infra num. 229.*

1601. 1. Octo. - Exemptio à Decimis non est concedenda ab Episcopo in præjudicium Curati. *Congr. Episc. apud eumd. ver. Episcopus, num. 45. § Vide supra n. 4. & infra n. 350.*

1601. 28. Nov. - Cum educandis in Monasterio possunt absente Sponso contrahi sine licentia Sponsalia de futuro, non verò de præsentis. *Ead. in nna Genuen. apud eumd. ver. Matrim. n. 9.* 1601.

PRO PAROCHIS.

333

1601. 5. Dec. - Oeconomus Beneficii vacantis, cæteris paribus, præferendus est in affectione illius Beneficii. *Ead. apud eumd. ver. Oeconomus, num. 9.* 217.

1601. 18. Dec. - Meliorationes, quas fecerunt Clerici in rebus Beneficii sui, erunt eorum quandiu vivunt, licet Beneficium amittant, vel dimittant, sed in morte erunt Ecclesiæ. *Congr. Episc. in una Par. men. apud Nicol. in Flosc. ver. Melioratio.* 218.

1602. 15. Jan. - Non sunt imponenda ab Episcopo nova Missarum onera Beneficiis, vel Rectoribus. *Ead. in una. Tropien. apud eumd. ver. Episcopus, num. 36.* 219.

1602. 25. Jan. - Eleemosyna occasione Benedictionis Nuptialis recipi debet à Parocho, & non

non ab alio. *Congr. Rit. apud Gavan. in Man. ver. Matrim. celebr. in addit. num. 14.*

1601. 5. Mar. - In concursu sub 221
quovis nomine Parochus ad-
missus debet esse perpetuus.
*Congr. Episc. in una Sarzanen.
apud Nicol. ver. Parochus,
num. 7.*

1602. 7. Mar. - Virgo data in 222
Matrimonium Viro, qui ali-
am habuit Uxorem, potest be-
nedici, si ita vigeat consuetu-
do. *Ead. apud Gavant. ver.
Matrimon. celebrat. num.
49.*

1602. 12. Mar. - Altaria demo- 223
lienda non debent esse Juris-
patronatus, neque habere
onera Missarum. *Ead. in una
Antuerpien. apud Nicol. in
Flosc. ver. Altare, n. 8.*

1602. 13. Mar. - Consensus A- 224
postolicus in alienatione
Bo-

Bonorum Ecclesiasticorum non censetur intervenisse ex lapsu minoris temporis, quàm triginta annorum. *Rota in una nullius coram Ludovisio apud eumd. ver. Bona, num. 2.* § Vide supra num. 204. & infra num. 434.

1602. 17. Apr. - Parochus, qui 225
renunciavit per metum cadentem in constantem virum, si re adhuc integra, cesset causa metus, est restituendus. *Congr. Episc. apud eumd. ver. Parochus, num. 40.*

1602. 17. Apr. - Non est impedienda Devotio ad Imagines Sanctas. *Ead. apud eumd. ver. Devotio, num. 2.* § Hoc postea decrevit ead. *Congr. 1620. 30. Jun. apud eumd. ver. Imago, num. 4.*

1602. 23. Apr. - Impetratio Parochialis sub nomine Beneficentiae 227

nefi

neficii simplicis est nulla:
Ead. apud eumd. ver. Parochus,
num. 4. § Unde debet præfigi
terminus ad obtinendam no-
vam collationem, alioquin
Ecclesia illa declaretur vacans.
Ead. Congr. 1619. 12. Mar.
apud eumd. ibid.

1602. 31. Maii. - Quando eri- 228.
 gitur nova Ecclesia de fructi-
 bus antiquæ ad præscriptum
c. ad audienciam de Eccles. edi-
fic. novus Parochus recogno-
scere, ac reverentiam exhibe-
re debet Plebano. Congr. Episc.
in una Sarzanen. apud Nicol.
in Flosc. ver. Parochus, num.
 2.

1602. 31. Maii. - Parochus non 229.
 potest abesse sub prætextu,
 quod velit renunciare, *ead.*
apud eumd. ibid. num. 31. †
 §. Vide supra num. 214. & in-
 fra n. 304.

1602. 4. Jun. - Renunciari non 230.
potest Parochialis annexa Ca-
nonicatu, retento Canonica-
tu, *Ead. in una Nolana apud*
eumd. ibid. num. 39. § Vide
supra num. 58.

1602. 10. Jun. - Parochus non 231.
est cogendus ab Episcopo, ut
subministret necessaria Pres-
byteris volentibus celebrare
in Parochiali. *Congr. Rit. apud*
Gavan. ver. Parochor. mun.
in addit. num. 6. § apud Bar-
bos. de potest. Par. par. 1. cap.
11. num. 52.

1602. 23. Jul. - Non potest Pa- 232.
rochus prohibere Personis in-
famibus, seu Meretricibus au-
ditionem Missæ, aut Divino-
rum Officiorum. *Congr. Episc.*
apud Gavan. ver. Personæ in-
fames, num. 7.

1602. 20. Aug. - Parochus, se- 233.
clusa Episcopi reservatione,
E pot-

potest dare simplici Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, excepto Pœnitentiæ, neque sine causa prohibendus est ab Episcopo. *ead. in una Castellanen. apud eumd. ver. Parochor. mun. num. 4. & 5. & referunt etiam Nicol. in Flosc. ver. Parochus, num. 9. & Barbosa. de potest Par. par. 2. cap. 17. num. 37. nec Victorell. ad Possevin. de Offic. Curat. cap. 8. append. 3. ver. Simplex Sacerdos, &c.*

1602. 16. Octob. - Cadavera a-2-14-
licubi deposita ad tempus, transferri possunt ad proprium Sepulchrum absque alia licentia: secus verò si tradita fuerint perpetuæ Sepulturæ. *ead. in una Sagonen. apud Nicol. ver. Cadavera, num. 2. & apud Lantusc. sub eod. ver. num. itid. 2.*

1602.

1602. 25. Octob. - Confraterni- 235r
tati prohiberi non potest, ne

fabricet suum Oratorium sub
prætextu, quod sit nimis am-
plum, sine tamen præjudicio
jurium Parochialium. Congr.
Episc. apud eumd. Nicol. ver.
Oratorium, num. 1.

1602. 26. Nov. - Episcopus in 236r
Ecclesiis exemptis sese non

debet in aliud ingerere, nisi
in approbandis Sacerdotibus
ad curam Animarum. ead.
apud eumd. ver. Episcopus,
num. 53.

1602. 3. Dec. - Vicarius Fora- 237r
neus non potest licentias con-

cedere alloquendi Moniales,
vel earum Monasteria ingre-
diendi sine facultate speciali.
ead apud eumd. ver. Claufu-
ra, num. 18. § Vide supra
num. 187. & infra num.
247.

1602. 10. Dec. - Potest Episcopus²³⁸
 pus visitare Parochias subje-
 ctas Commendatoribus, nec
 ab ipsis valet allegari suspen-
 ctus. *Ead. apud eumd. ver. E-*
piscopus, num. 56.

1602. 17. Dec. - Parochus nul-²³⁹
 lius, qui curam exercet cum
 sola approbatione sui Prælati,
 est suspendendus. *Congreg.*
Episc. apud Nicol. in Flosc. ver.
Parochus, num. 25.

1603. 7. Jun. - In Sepultura Mo-²⁴⁰
 nialium nullum jus compe-
 tit Parocho, sed tantum ea-
 rum Confessario. *Ead. apud*
eumd. ibid. num. 15. & apud
Gavan. in Manual. ver. Mo-
nial. cura Spirit, num. 31.

1603. 19. Jan. - Generaliter esse²⁴¹
 Parochum, & Vicarium Ge-
 neralem Episcopi sunt officia
 malè compatiblea in eadem
 persona, *Ead. apud Nicol.*
ver.

ver. Vicar. General. num. 37.

1603. 25. Febr. - Confraterni. 242.

tates Laicorum non tenentur
contribuere Seminario. *Ead.*

apud eumd. ver. Confraterni-
tas, num. 5. § Vide supra

num. 135. & infra num.
251.

1603. 8. Apr. - Nihil accipien- 243.

dum ab Episcopo pro Benefi-
ciorum provisione. *ead. apud*

eumd. ver. Episcopus, num.
71.

1603. 13. Maii. - Abusus antiqui 244.

in Processionibus tollendi
sunt cum magna cautela, ne

majora scandala sequantur.
ead. apud eumd. ver. Proces-

sio, num. 11.

1603. 23. Maii. - In Dominicis, 245.

& Festis conceditur Missa so-
lemnis pro Defunctis, inse-

pulto; & in Ecclesia praesente
Corpore. *Congr. Rit. apud*

P. 3. Baro.

*Barbos. de potest. Par. par. 1.
cap. 11. num. 25. § apud Gavan
in Man. ver. Missa, num. 27.*

1603. 23. Maii. - Cineres distri- 246.
buendi in Feria quarta post
Dominicam Quinquagesimæ
debent esse aridi, non verò in
modum liti. *ead. apud Ga-
vant. in Thesauro Par. 4. tit.
6. lit. a.*

1603. 10. Jan. - Parochus non 247.
est prohibendus ab Episcopo,
ne celebret Officium Mor-
tuorum sine interventu Vica-
rii Foranei. *Congr. Episc. in
una Cremensi apud Nicol. in
Flosc. ver. Parochus, num.
13.*

§ Vide supra num. 237. & in-
fra n. 256.

1603. 25. Jun. - Parochus, qui 248.
diu Parochianis possedit, non
est compellendus ad osten-
dendum, sed fuisse examina-
tum

PRO PAROCHIS.

843

tum ad præscriptum Concilii.
Congr. Conc. apud eumd. ver.
Parochus, num. 24.

1603. 23. Jul. - Turcæ, aut 249.
Mancipia ne permittantur in
Ecclesia tempore Divinorum
Officiorum. Congr. Episc. a-
pud Gavan. ver. Ecclesia re-
ver. num. 23.

1603. 1. Sept. - Canonici Re- 250.
gulares non admittantur ad
Beneficiorum concursum, ne-
que ad curam Parochialium
sine dispensatione Sedis A-
postolicæ. ead. in una Cre-
menen. apud Gavan. in Sum.
Bullar. ver. Canonikat. Re-
gul. & apud Gavan. sub eod.
ver. num. 3. nec non apud Ni-
col. in Flosc. ver. Regularis,
num. 25. † ubi plures etiam re-
centiores Decisiones.

1603. 27. Octob. • Non sunt 251.
magis gravanda Beneficia
sim-

simplicia, quàm Curata ad
 contribuendum Seminario.
ead in una Tropien. apud Ni-
col. ver. Seminarium, num.
4. § apud Gavan. sub eod.
ver. num. 36. § Vide supra n.
242. & infra num. 266.

1603. 14. Nov. - Curatus Ca- 252.
 thedralis, nisi eligatur à Ca-
 pitulo intra octo dies, depu-
 tandus est ab Episcopo. *ead. in*
una Assisien. apud Nicol. ver.
Cura Animar. num. 2.

1603. 18. Nov. - Non potest 253.
 prohiberi sub pœna suspen-
 sionis ipso facto incurrenda,
 ne in Jejuniis Quadragesima-
 libus cantentur Vesperæ post
 prandium. *Congr. Episc. in una*
Cremen. apud eumd. ver. Ve-
speræ.

1603. 20. Nov. - Parochus lo- 254.
 cum habet in funeribus à Co-
 nicis sine propria Cruce, &
 sine

siue consensu Capituli incedentibus. *Congr. Rit. apud Gavan. ver. Præcedentia, in addit. num. 10.*

1603. 15. Dec. - Parochus secundum consuetudinem universalem tenetur in die Purificationis distribuere candelas suis Parochianis. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Candelæ, num. 3. § Vide supra n. 202, & infra num. 314.*

1603. 20. Dec. - Vicarius Foraneus sedeat primus in illis, quas ipse facit, Congregationibus. *Congr. Rit. apud Gavan. in Man. ver. Vicar. Foran. num. 6. § Vide supra num. 247. & infra num. 348.*

1604. 12. Jan. - Neque Fratibus Mendicantibus, neque non Mendicantibus, neque quibusvis quorumcumque Ordinum

P. 5

dinum

dinum Regularibus licet, etiam specialis alicujus consuetudinis prætextu, Parochias cum Cruce, aut aliàs ad effe-
renda, & levanda Defunctorum funera intrare, nisi vocato, & expectato Defuncti Parocho, eoque ibidem præ-
sente, si tamen ipse aliter fieri non consentiat, vel nisi requisitus, venire expressè recuset, firmis remanenti-
bus, quæ super Quarta Funerum, Canonica portione, aliisque juribus ad sepultu-
ram pertinentibus hætenus sancita sunt, vel quæ aliàs ex particulari consuetudine, vel alio jure observantur.
Congr. Episc. apud Quarant. in Sum. Bullar. ver. Privil. regular. Et apud Lantusc. in Teatro Regul. ver. Exequiæ, num. 5. § Quoad expe-
pe.

pectationem Parochi,, vide
 supra num. 98. & infra num.
 275. § Quoad Crucem vi-
 de supra num. 17. & quoad
 Quartam vide supra num. 155.
 & infra num. 270.

1604. 16. Jan. - Oeconomus 258.
 constitutus ab Episcopo in
 Ecclesiis vacantibus, non est
 impediendus ab illis, qui
 prætendunt Juspatronatum
 in eis. *ead. apud Nicol. ver.*
 Oeconomus, n. 10.

1604. 16. Jan. - Altaria de Jure- 259.
 patronatus sine dote, para-
 mentis, & aliis necessariis,
 statuto brevi tempore doten-
 tur, ornenturque à Patronis
 alioquin jure suo priventur,
 & ea demoliantur. *ead. apud*
Gavan. ver. Altare, in addit.
num. 1.

1604 10. Febr. - Arma ejus, qui 260.
 Capellam ornavit, non
 p 6 sunt

sunt amovenda. Congr. Episc.
apud Nicol. ver. Insignia, num.
 2. *ubi ait, quod Arma ejus, qui*
nihil contulit, vel cui fuit ero-
gata pecunia restituta, debent
amori ex præf. Congr. 1707.
15, Octob.

1604. 1. Mar. - Cuilibet Paro- 261.
 cho præsertim seni permit-
 tus est Coadjutor, modò ipse
 quoque resideat, nec Ordina-
 rius in approbandis hujusmo-
 di Coadjutoribus admodum
 difficilem se exhibeat. *ead a-*
puđ eumd. ver. Coadjutor,
num. 5. S. Vide supra num.
 197.

1604. 25. Maii. - Beneficia, quæ 262.
 ex Indulto Apostolico con-
 ferenda sunt Originariis, con-
 ferri non possunt exteris, licet
 sint Familiares triennales E-
 piscopi. Congr. Conc. in una
 Beneventana *apud eumd. ver.*
Famil, num. 2. 1604.

1604. 1. Jun. - Ecclesia Jurispa- 263.
tronatus erigi non potest in
Parochialem sine consensu Pa-
tronorum. Congr. Episc. in u-
na Mantuana apud eumd. ver.
Parochus, num. 1.

1604. 1. Jun. - Non sunt exh. 264.
manda Cadavera pro capien-
da informatione absque li-
centia Sacrae Congregationis.
ead. apud eumd. ver. Cadave-
ra, num. 3. S. apud Lantusc.
in Theatro Regul. sub eod. ver.
num. itid. 3. S. Vide infra n.
469.

1604. 27. Jul. - Non potest Or. 265.
dinarius imponere Beneficiis
liberis, neque de Jure patrona-
tus, ut doceant in aliqua Scho-
la, vel Universitate. ead. apud
Nicol. in Flosc. ver. Benefic.
Eccles. n. 48.

1604. 27. Jul. - Curati Religio- 266.
nis Hierosolymitanæ non te-
nentur

nentur ad Subsidiū caritatī
tivum, vel Cathedra-
ticum, vel contributionem Semina-
rii, vel ad procurationem
pro Visitatione, nisi in con-
cessione Ecclesiæ sibi eam Or-
dinarius reservasset. *Congr.
Conc. in una Elnen apud eumd.
ver. Hierosolymitani, num.
9. § Vide supra num. 76. &
quoad Seminarium vide pa-
riter supra num. 251. & infra
num 545.*

1604. 16. Sept. - Non debet Or- 267
dinarius sine causa valde gra-
vi, & relevanti auferre à
propriis Curatis celebratio-
nem Baptismorum, ac Matri-
moniorum, eaque ipse mini-
strale, vel aliis delegare.
*Congr. Episc. in una Neapoli-
tana apud eumd. ver. Paro-
chus, num. 27.*

1604. 27. Octobr. - Cura Paro- 268
chia-

chialis tenuis, dum Rector est
inhabilis, commendetur ali-
cui Rectori vicino, cum solis
emolumentis incertis. *ead.*
apud eumd. ver. Cura Anim.
num. 8.

1604. 15. Nov. - Qui medio ju- 269
ramento coram Episcopo al-
ferit, se vidisse Titium mor-
tuum, dicitur certus nunci-
us de morte. *Henric. in c. In*
presentia ad fin. de Sponsal.
ex Congreg. Conc. apud Ni-
col. in Flosc. ver. Mors, n. 9. †

267
1605. 20. Aug. - Monasteria 270
aedificata à quadraginta annis
citra, non tenentur ad so-
lutionem Quartæ Funerari-
um, si modò sint ejus Reli-
gionis, cui à Sede Aposto-
lica ante quadraginta annos
indultum sit, ut eandem
Quartam non teneantur sol-
vere Episcopo, & sic declara-
tur

268

tur Concilium Tridentinum
Sess. 25. cap. 13. ideoque Fra-
tres de Monte Carmelo exi-
muntur ab huiusmodi solu-
tione, nec possunt molestari
ab Episcopis, nec à Parochia-
lium Ecclesiarum Rectoribus.
*Paulus V. apud Cherub. in
Bullar. tom. 3. Constit. 4. qua
incipit Decet. § Vide supra
num. 257. & infra num.
381.*

1605. 15. Nov. - Anticipata ce- 271
lebratio pro incerto eleemo- 160
synam oblaturus est prohibi-
ta. *Congr. Conc. apud Gavan-
ver. Missa, num. 33. & refert.
etiam Cordeirus de perf. Pa-
rocho, par. 1. tract. 5. de
ritib. Missar. quest. 46. num.
3.*

1605. 16. Dec. - Quisque in sua, 272
cui subest, Ecclesia est bap-
tizando, nisi consuetudine sit
ob-

obtentum, ut Infantes possit
 baptizari à quibuscumque
 Presbyteris, vel Canonicis
 Civitatis, quia illa servanda
 erit, dummodo id fiat de li-
 centia Ordinarii, dummodo
 id fiat de licentia Ordinarii,
 & sine præjudicio jurium, &
 emolumentorum Parochi.
*Congr Rit. in una Oriolen. apud
 Barbos. de potest. Par. par. 2.
 cap. 18. num. 7.*

271. 1663. 20 Dec. - Eleemosynæ 273.

pro Fabrica Ecclesiæ deponen-
 dæ sunt donec incipiatur, &
 quidem in Sacro Monte, qua-
 tenus adsit. *Congr. Episc. in
 una Brixien. apud Nicol. in
 Flosc. ver. Fabric. num. 2.*

1606. 28. Jan. - Missæ ad satisfactio- 274.

ciendum eleemosynis tradi-
 tis alicui Ecclesiæ non sunt
 celebrandæ per exteros, ubi
 commodè satisfieri possunt
 per

per Sacerdotes ejusdem Eccl^{ie}
cleſiæ. *Ead. apud eumd. ver.*
Miſſa, num. 21. § Vide ſupra
num. 79.

1605. 1. Jul. - Ne efferantur Ca. 275.
davera à quoquam, nec et-
iam à Regularibus quibus-
cumque ſub quovis prætex-
tu, non vocato, & expe-
ctato Parocho Defuncti, eo-
que præſente, niſi ipſe ali-
ud permiferit. vel adefſe re-
cuſet, non obſtante quacum-
que ſpeciali conſuetudine. *ead.*
apud Gavant. in Man. ver.
Exequiæ, num. 9. § 10. ¶ Vi-
de ſupra num. 257. & infra
num. 327.

1606. 1. Jul. - Debent Parochi 276.
certiores fieri à Regularibus
de audita Ægrotorum Con-
feſſione. *Ead. apud eumd. ver.*
Confefſarius, num. 27. § Vide
infra num. 329.

1606.

1606. 1. Jul. - Non est cogen- 277.
 dus Populus ad audiendam
 Missam in Parochiali, cum
 possit eam audire in Eccle-
 siis Regularium ad libitum.
 Ead. apud eumd. ver. Missa
 Paroch. numero 10. § 11.
 § referunt etiam Nicol. in
 Flosc. ver. Parochus. num. 11.
 § Lantusca in Theatro Regul.
 ver. Missa Paroch. nec non Bar-
 bosa de potest. Par. par. 1. cap.
 11. num. 16. Vide supra n. 278.
 89.

1606. 6. Jul. - Si ex justa cau-
 sa proroget Episcopus con-
 cursum ad Beneficia, hujus-
 modi prorogatio est publi-
 canda, alioquin concursu erit
 nullus. Congreg. Conc. apud
 Nicol. ver. Concurfus.

1606. 15. Jul. - Curatus, præ- 279.
 tertim in Dignitate constitu-
 tus, potest docere Doctri-
 nam

356

CONST. ac DECIS.

nam Christianam per alium idoneum. *Congr. Episc. in una Vintimillien. apud eumd. ver. Doctrina Christ. num. 6. S. Vide supra num. 211. & infra num. 294.*

1606. 25. Jul. - Pro Sepultis in 280^o
Ecclesia nova Confraternitatis Curatus debet idem recipere, ac si sepelirentur in sua Parochiali. *Ead. apud eumd. ver. Sepultura, num. 23. S. Vide infra num. 356.*

1606. 4. Dec. - Doctoratus qua- 281^o
litas magna est, cujus ratione, cæteris paribus, debet quis in Beneficiorum concursu præferri. *Rota coram Ludovisio apud Nicol. Flosc. ver. Benef. Eccles. num. 22.*

1606. 4. Dec. - Non potest ali- 282^o
quis appellare quoad effectum suspensum à iudicio Examinator. *ead. apud eumd. ibi n. 23.*

1607.

280.
281.
1667. 7. Febr. - Licet unica e- 283.
jusdem Instituti Confraterni-
tas in qualibet Civitate sit in-
stituenda ex Constitutione
Clementis VIII. 1604. 24.
Decembris, Societas tamen
SS. Sacramenti, & Doctrinae
Christianae in qualibet Paro-
chia potest, & deberet insti-
tui. *Congreg. Indulgentiar.*
apud Lantusc. in Theatro Re-
gul. ver. Confraternitas, num.
9. citatum à Matthaeo, in
Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap.
16. num. 3. Et refert. etiam
Nicol. in Flosc. ver. itid. Con-
fraternitas, num. 2.

282.
1607. 19. Maii. - Cereus Pa- 284.
schalis regulariter accenden-
dus est ad Missas, & Vespere-
ras solemnes in triduo Pascha-
tis, in Sabbato in Albis, & in
Dominicis usque ad Ascensio-
nem: in aliis servanda est Lo-
corum

eorum consuetudo. *Congreg. Rit. apud Gavan. in Thesauro par. 4. tit. 10. num. 48.*

1607. 21. Aug. - Servanda est 2856
pia consuetudo pulsandi campanam aliquot ictibus tam de sero, quàm de manè, quando dicendum est Officium Defunctorum. *Congr. Episc. in una Lycien. apud Nicol. ver. Mors, num. 7. S. Vide supra num. 201.*

1607. 22. Nov. - Provisus de Pa- 2861
rochiali in forma *Dignum*, si fuerit rejectus à primo ex-
cutore, non potest adire se-
cundum; & si adeat, examen,
possessio, & omnia secuta, sunt
ipso jure nulla. *Ead. in una
Torpien. apud eund. ver. Be-
nefic. Eccles. n. 44.*

1608. 9. Febr. - Ecclesia Paro- 2871
chialis in Dicecesi venit sub
nomine *Matricis*, ante quam

id.

idcirco neque Regulares, neque Confratriæ possunt Campanas pulsare in Sabbato Sancto. *Congr. Rit. apud Gavan. in Man. ver. Campana, num. 4. & apud Lantusc. in Theatro Regul. sub eod. ver. num. 3. § Vide supra num. 20. & infra num. 369.*

1608. 22. Aug. - Administratio 288.
 oblationum Imagini factarum intus aliquam Parochiam etiam Regularium existenti spectat ad Ordinarium, qui eas erogabit in Ecclesia inibi ædificanda, & ad alios pios usus. *Congr. Episc. in una Brixien. apud Nicol. ver. Imago, num. 6.*

1608. 27. Sept. - Anniversaria, 289.
 & aliæ Missæ pro Defunctis, quæ occurrunt in die festo, possunt transferri in diem sequentem. *Congr. Rit.*

*Rit. apud Gavan. in Thesauro
par. 1. tit. 5. lit. ubi ait sic post-
ea decisum fuisse ab ead. Congr
1614. 19. Maii.*

1680. 19. Dec. - Confraternita- 290
tes, quæ habent jus Sepultu-
ræ, debent sepelire sine præju-
dicio Quartæ funeralis, alio-
rumque emolumentorum,
quæ spectant ad Capitulum,
vel Parochum. *Congreg. Episc.
in una Anconit. apud Nicol.
ver. Confraternitas, num. 22.*

1609. 25. Febr. - Si in posterum ²⁹¹
quibusvis Personis de aliqui-
bus Beneficiis Ecclesiasticis
tunc vacantibus, seu vacatu-
ris per Summum Pontificem,
aut ejus auctoritate provide-
ri, ipsosque provisos, seu pro-
vi dendo intra vacationis, &
provisionis, seu affecutionis
eorundem Beneficiorum
tempora, quæcumque alia
cum

cum illis incompatibilia Beneficia Ecclesiastica Sæcularia, vel Regularia per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, aut alias quomodolibet, sive Romani Pontificis, aut Legatorum, sive Ordinariorum manibus resignare, dimittere, aut juribus cedere contigerit, omnes, & singulæ concessiones, collationes, provisiones, & quævis aliæ dispositiones de Beneficiis, seu juribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ, cum inde secutis quibuscumque, cassæ, & irritæ existant, Beneficia vacant, & sint reservata Papæ, qui solus possit

Q

sit

fit disponere de illis in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam affectionem aliorum Beneficiorum hujusmodi verè, & realiter vacavissent. *Paulus V. apud Cherub. in Bullar. tom. 3. Constit. 62. quæ incipit Sanctissimus.*

1609. 21. Mar. - Inter plures ^{292.}
Parochos sive Regulares, sive Sæculares attendatur prærogativa Ecclesiarum, non verò Regulæ quoad præcedentiam. *Congr. Rit. apud Gavan. in Man. ver. Præcedentia, in addit. num. 32.*

1609. 21. Mar. - In Festo SS. ^{293.}
Corporis Christi non sunt canendæ Cantiones vulgari sermone. *Ead. in una Abulen. apud Nicol. ver. Cantus, num. 1.*

1609. 13. Apr. - Jesuitæ non ^{294.}
debent

debent impediri, ne docere
possunt Doctrinam Christia-
nam, etiam in Ecclesiis Or-
dinario subjectis, modò in
eis eradicare nolint. *Congreg.*
Episc apud eumd. ver. Doctri-
na Christ. num. 9. § Vide supra
num. 279. & infra numer.
363.

1609. 1. Aug. - In Choro tene- 295.
ri non debent aliæ Ima-
gines, quàm Sanctorum.
ead. in una Monopolitana
apud eumd. ver. Chorus, num.
4.

1610. 15. Jan. - Extra Paro- 296.
chiales Ecclesias non conce-
ditur retineri assiduè Eucha-
ristia. *Ead. apud Gavan, ver.*
Eucharistia, num. 1.

1610. 13. Jun. - Etiam Paro- 297.
chi Locorum exemptorum
examinandi sunt ab Episco-

Q 2 po

po viciniore. Congr. Conc. in
 una Urbinat. apud Nicol. in
 Fosc. ver. Parochus, num.
 25.

16:2. 12. Jun. - Non possunt 298
 Confraternitates in suis Ec-
 clesiis per suos Capellanos
 facere solemniter celebrare,
 confessiones audire, sepelire,
 Sacramenta ministrare, & si-
 milia, quæ ad solum Paro-
 chum spectant, sine licentia
 Ordinarii, & Parochi. Congr.
 Rit. in una Cesar augustana
 apud eumd. ver. Confrater-
 nitas, num. 19. § apud Ga-
 van. sub eod. ver. in adilit.
 num. 3. § Sic antea decre-
 vit. ead. Congr. 1602. 18.
 Maii in una Neapolitana a-
 pud Nicol. ver. Parochus,
 num. 18. § referunt Quaranta
 in Sum. Bullar. ver. Missa,
 ac Gavant. ver. Parochor.
 mun,

mun. num. 21. nec non Bar-
bosa de potest. Par. par. 1.
cap. 11. num. 51. & cap. 12.
num. 3.

1613. 25. Jan. - Servari debet 299^r

Decretum, ne in Oratoriis
Confraternitatum celebretur
in Festis ante Parochus ce-
lebrat hora competenti.
Congr. Episc. in una Senogala-
lien. apud Nicol. loc. cit. num.
12. § Vide supra num. 151.
& infra n. 391.

1613. 30 Apr. - Qui fuerunt in- 300^r

terdicti declarati ex eo,
quod tempore Paschatis non
communicaverunt in Paro-
chia, si postea ibi communi-
cent, absolvendi sunt, & ce-
dulones amovendi. Ead. in
una Trojana apud eund. ver.
Pascha, num. 2. § Vide su-
pra num. 205. & infra num.
305.

Q3

1613.

1613. 11. Jun. - Possunt Paro-³⁰¹
 chi eodem tempore concio-
 nari, quo concionatur Epi-
 scopus. *Congreg. Conc. apud*
Barbosa de potest. Par. par.
1. cap. 14. num. 3. § apud
Gavan. in Man. ver. Concio
sacra, in addit. num. 2. § Vide
supra num. 198. & infra num.
393.

1613. 30. Jul. - Non sunt fa-³⁰²
 cienda Convivia, neque
 horum loco aliquid solven-
 dum ab iis, qui de novo reci-
 piunt Beneficia. *Congr. Episc.*
apud Nicol. ver. Convivia,
num. 17.

1613. 7. Sept. - Si Hæredes³⁰³
 Defuncti non destinave-
 rint Clericos ad funus, pote-
 rit Parochus vocare quos
 maluerit, omissis etiam vici-
 nioribus. *Congr Rit. in una*
Frerarien. apud Barb. de potest
Par.

Par. par. 3. cap. 26. num. 60.
 & Gavan. ver. Exequiæ, in
 addit. num. 2. § Sic postea
 decisum fuit à Rota 1630.
 1. Jul. apud Mancin. in Pract.
 visit. infirm. in brevi tract.
 de Sepult. dub. 29. § Vide
 supra num. 212. & infra num.
 353.

1613. 24. Sept. - Curatus non 304
 excusatur à residentia ex eo,
 quo fructus sint tenues, &
 Antecessores non resederint.
 Congreg. Episc. apud Nicol.
 in Flosc. ver. Cura Animar.
 numer. 10. § Vide supra
 num. 229. & infra numer.
 309.

1614. 15. Febr. - Absque cau- 305
 sa non potest Communica-
 tionis in Paschatae præce-
 ptum adimpleri, anticipan-
 do à tertia Dominica Quadra-
 gesimæ, vel prorogando
 ad

ad tertiam Dominicam post
Pascha. Congr. Rit. in una
Granaten. apud Barbos. de
pot. Par. par. 2. cap. 20. num.
14. § Vide supra num. 300,
& infra num. 312.

1614. 14. Mar. - Eucharistia o- 306.
mnino asservanda est in qua-
libet Parochiali: quòd si
redditus, & Societas non
sufficiat, instituat^r Qua-
stor, vel eleemosynarum
Collector. Congr. Episc. in u-
na Assisien. apud Nicol. ver.
Parochus, num. 19.

1614. 23. Maii. - Cùm Ordina- 307.
narius visitat Parochias Re-
ligionis Hierosolymitanæ de-
clarare, se id facere tanquam
Degatum Apostolicum. Con-
gr. Conc. in una Messanen. a-
pud eumd. ver. Hierosolymi-
tani, num. 10. † ubi ait, quod
dum visitat alias Regularium

Pa-

Parochiales præter Hieroso-
lymitanas, non tenetur ad
hujusmodi declarationem,
*ex ead. Congr. in una Portu-
gallian. 1677. 1. Nov.*

1614. 27. Octob. - Cadavera 308.

Scholarium, Clericorum, &
Convictorum decentium in
Collegiis Congregationis
Somaschæ Diœcesis Ameri-
nensis, & Gallii Comensis,
& Burgi Lugani Comensis
Diœcesis, nec non Oppidi
Trivultii Mediolanensis Diœ-
cesis, ac in Seminariis Ra-
vennatensi, & Patriarchali
Venetiarum, nec non in A-
cademiis Terræ Salodii Bri-
xiensis Diœcesis, & Sancti
Spiritus prope, & extra
Portam Cummanam Medio-
lanensis, ac Sancti Majoli Pa-
piensis possunt sepeliri in eo-
rum Regularium Ecclesiis

Q. 5. absque

absque Parochorum interven-
tu, sine tamen quorumcum-
quo Parochialium jurium
præjudicio, & antequam
Sepulturæ tradantur prædi-
cta Cadavera, certiores fi-
ant Parochi. *Paulus V. cujus
litteras confirmavit Alexan-
der VII. in Bullar. tom. 5. Con-
stit. 175. quæ incipit Dudum,*
ubi idem conceditur Colle-
gio Seminarii Ducalis S.
Antonii Venetiarum, &
Collegiis S. Mariæ Schola-
rium Veronensis, S. Bar-
tholomæi Brixienfis, Leon-
ardi Bergomensis, S. Ma-
riæ Laudensis, S. Angeli
Custodis Taurinensis, & S.
Mariæ Angelorum Fossanen-
sis Civitatum, nec non San-
cti Georgii Oppidi Nova-
rum Derthonensis, & San-
cti Bartholomæi Oppidi Me-
rati

rati Mediolanensis Dicece -
sis.

1614. 5. Dec. • Qui plures 309.
habet Substitutos in Cura,
non ideo censetur liber ab
onere residentiae, & etiam
administrandi per seipsum
Sacramenta. Congr. Episc. in
una Tropien. apud Nicol. ver.
Cura Animar. num. 5. § En-
gel in Man Parochor. par. 2.
cap. 5. num. 9. ait, quod Pa-
rochus tenentur saltem ali-
quoties, & maximè si Paro-
chiani ipsum in specie petie-
rint, per seipsum Curam, &
Sacramenta administrare
exc. relatum 4. de Cler. non re-
siden. c. extirpanda 30. §.
quia verò de præb. § Vide su-
pra num. 304. & infra num.
346.

1615. 16. Jan. - Non est im- 310.
ponenda Excommunicatio

Q 6

ob

ob Festorum violationem,
nec sibi debet Episcopus re-
servare absolutionem illo-
rum, qui violant dies festos.
*ead. apud Gavan. ver. Casus
reserv. num. 14. & apud Ni-
col. verb. Festum, num.
26.*

1615. 14. Mar. - Parochus amo-
bilis residere debet, ac si el-
set perpetuus. *Congr. Conc.
apud pref. Nicol. in una Elbo-
ren. ver. Parochus, numer.
31. †*

¶ Vide supra num. 309. &
infra n. 346.

1615. 14. Mar. - Qui satisfecit
in Paschate in Parochiali, non
tamen potest in ipso die Pa-
schatis Eucharistiam sumere
in Ecclesia Regularium Cu-
ram Animarum non haben-
tium. *Ead. apud Gavan. in
Man. ver. Eucharistia, num.*

23. § Vide supra num. 305.
& infra num. 317.

1615. 10. Apr. Habentes Curam Animarum non sunt eligendi ad ordinariam Monialium Confessionem. Congr. Episc. apud eumd. ver. Monial. cura spirit. num. 10. Et hoc antea decreverat præfata Congregatio 1592. 17. Mar. in responsione ad Venetiarum Patriarcham, mandans, ut Plebani Monialium Confessarii redirent ad Curam. Cùm verò supplicarent Plebani prædicti, ut Sacra Congregatio dignaretur licentiam concedere audiendi hujusmodi Confessiones, ut antea fecerunt sine præjudicio Animarum, & Ecclesiarum, Congregatio 1593. 22. Febr. totum remisit arbitrio Patriarchæ. His igitur acceptis

Q 71

litte.

litteris, decretum fuit in Synodo Prioli prima, quod in posterum Plebani non exerceant munus Confessoriorum Monialium, nisi Monasterium sit Parochiæ contiguum, vel parvus numerus Monialium & Parochianorum, & hoc arbitrio Patriarchæ. Refert. *Ascan. Tambur. de Jure Abbatiss. disp. 16. questio 2. num. 5.* § Vide tamen infra num. 544.

1615. 10. Apr. - Oeconomus 314. debet de fructibus Archiepresbyteratus, deducta sua congrua, facere solitam distributionem Candelarum, Panis, & Ovorum in Paschate. ead apud Nicol. in *Flosc. ver.* Oeconomus, num. 11. § Vide supra n. 255. & infra num. 333.

1615.

1615. 22. Maii. - Regulares ex- 315.

tra Claustra decedentes, non debent solvere jus Sepulture. *ead. in una Puteolana apud Barbosa. de potest Par. cap. 26. num. 68. citatum à Gavan. in Mancin. ver. Regul. jura sub Episc. in addit. num. 11. § refert etiam Mancin. in Pract. visit. Infirm. in breui tract. de Sepult. dub. 9.*

1615. 5. Jun. - Si Cadaver de- 316.

ferantur ad Ecclesiam Monialium, Parochus officium faciat usque ad Portam Ecclesie, non ultra. *Congr. Episc. apud Nicol. ver. Sepultura, num. 5.*

1615. 26. Jun. - Tertiariæ pos- 317.

sunt extra Pascha sumere Sacramenta in aliis Ecclesiis, ubi voluerint. *Ead. apud Gavan. ver. Tertiarii, num. 7.*

§ Vide

§ Vide supra num. 312.
& infra numero. 341. &
seq;

1615. 3. Jul. - Quarta Funera 318.
lium debetur Rectori, non
verò Regularibus, etiamsi
Rectoria sit secularia in Ec-
clesia Regulari. *Ead. apud
eumd. ver. Quarta, num. 14.*
§. Vide supra num. 270. & in-
fra num. 331.

1615. 3. Jul. - Parochus Regu. 319.
laris, qui exercet Curam A-
nimarum in Ecclesiis Regu-
larium, non debet in subleva-
men Curæ sibi commissæ ac-
cessere Sacerdotes Sæculares,
quando non desunt Regula-
res ab Ordinario approbati.
*Congr. Episc. in una Firmana
apud Nicol in Flosc. ver. Pa-
rochus, num. 8.*

1615. 3. Jul. - In Ecclesiis Re- 320.
gularium, in quibus exerceri
con

consuevit Cura Animarum,
Benedictio Cinerum, eorum-
que distributio pertinet ad
Regulares, non ad Paro-
chum. *Ead. in ead. Firmana
apud eumd. ver. Benedictio,
num. 1.*

1615. 7. Jul. - Capellanus semel 321^o
examinatus, & approbatus
quoad scientiam ab Ordinario
nulli examini deinde de scien-
tia subjici debet. *Ead. apud
Gavant. ver. Capellanus,
num. 1.*

1615. 21. Aug. - Licentia labo- 322^o
randi in die festo, à solo E-
piscopo concedi deber: Ju-
dex tamen laicus potest
procedere contra non
habentes licentiam. *Congr.
Episc. apud eumd. ver. Licentia
num. 1. § Vide supra num.
173.*

1613. 11. Sept. - Fenestræ pro 323^o
hi.

hibentur in Ecclesia, per
 quas in eam prospectus habe-
 ri possit. *Ead. apud Barbos.
 de Jure Eccles. lib. 1. cap. 11.
 num. 28. citatum ab eod. ver.
 Ecclesia, in addit. num. 1. §
 Vide infra num. 370.*

1615. 11. Sept. - Beneficia, quæ 324
 summam Ducatorum cen-
 tum non excedunt, nulla
 graventur pensione; in e-
 molumentis autem non com-
 prehendantur ea, quæ pro-
 veniunt ab exercitio curæ
 Animarum, si fortè funeralia
 assignantur alicui. *Ead. apud
 Gavan. ver. Benefic. Paroch.
 num. 57.*

1615. 12. Nov. - Parochus Re- 325
 gularis non potest in Canone
 nominare Superiorem suum
 Regularem, ut Antistitem.
*Congr. Rit. apud eumd. in The-
 sauro. par. 2. tit. 8. lit. n. in fine.*

1615.

1615. 11. Dec. - Recto tramite 326
ad Ecclesiam Regularium sunt
deferendi Defuncti. *Congreg.*
Episc. apud eund. in Man.
ver. Exequiæ, num. 25. §
apud Lantusc. in Theatro Re-
gul sub eod. ver. n. 6. § Vide
infra n. 557.

1615. 11. Dec. - Mulieres il- 327.
la, quæ conditiones in Bulla
Aurea Pii V. contentas ad-
impleverint, & habitum re-
ceperint, possunt, etiam in-
vito, & minimè requisito Pa-
rocho, in Ecclesiis Fratrum
sepeliri. *Ead. apud Barbos.*
de potest. Par. par. 3. cap.
26. num. 69. § apud Gavan.
verb. Tertiarii, num. 12. §
Vide supra num. 275, & infra
num. 396.

1615. 11. Dec. - Sepeliendi 328.
sunt in Ecclesiis Regulari-
um ij, qui coram Testibus
dum-

dumtaxat elegerunt Sepultu-
ram ibidem. *Ead. apud Ga-
van. ver. Sepultura, num. 20.*
¶ *Apud Mancin. in Pract. vis-
sit. Infirm. in brevi tract. de
Sepult. dub. 15. §. Vide in-
fra num. 576. §. Vide supra
num. 21. & itidem infra n.*
344.

1616. 22. Jan. - Possunt Regu- 319.
lares audire Confessiones Æ-
grotorum in eorum Domi-
bus sine licentia Parochi,
quem tamen monere debent
de Confessione audita. *Cong-
reg. Episc. apud Gavan. in
Man. ver. Regul. sub Episc.
in addit. n. 3.*
§. Vide supra n. 276. & infra
n. 522.

1616. 30. Jan. - Clavis Hostiæ 310.
repositæ in Feria quinta Cœ-
næ Dominicæ (Regulariter)
non est danda Laicis quan-
tum

etumvis Nobili. Congr. Rit.
 apud eumd. in Thesauro, par.
 4. tit. 8. lit. t. Et apud Barbos.
 de potest Par. par. 2. cap. 20.
 num. 52. ubi plures habentur
 etiam posteriores Decisiones.

1616. 15. Mar. - Parochus non 331
 potest prætere Quartam
 Cereorum Confraternitatum
 funera associantium. Congr.
 Episc. in una Firmana apud
 eumd. Barbos. ibid. par. 3.
 25. num. 40. Et referunt et-
 iam Gavan. ver. Quarta, nu.
 13. Et Mancin. in Pract. Visit.
 Infirm. in brevi tracti de Quar.
 funer. dub 16.

§ Vide supra num. 318 &
 infra num. 352.

1616. 22. Apr. - Vicarius Epi- 332
 scopi nihil prorsus potest ac-
 cipere pro laboribus instruen-
 do Processu, sive pro labo-
 ribus instruendo Processus
 sive

sive pro Decreto dispensationis Matrimonialis. *Ead. apud eumd. Gavan. ver. Matrim. impedim. num. 34.*

1616. 25. Jul. - Etsi Candelæ in 333. die Purificationis distribuendæ sint juxta solitum, etiam quoad pondus, ubi tamen facultates Ecclesiæ non suppetunt, datur Episcopo facultas pondus diminuendi. *Ead. apud Nicol. in Flosc. ver. Candelæ, num. 5.*

S. Vide supra num. 314. & infra num. 436.

1616. 29. Jul. - Crux tantum 334. Parochialis deferri debet regulariter in Exequiis, nisi probetur contraria consuetudo canonicè præscripta. *Ead. apud eumd. in una Baren. ver. Sepultura, num. 14.*
 Et apud Gavan, ver. Exequiæ, num.

PRO PAROCHIS.

383

num. itid. 14. § Vide infra
num. 483.

333. 1616. 30. Jul. - Canonici Ca- 335
thedralis Ecclesiæ præcedunt
Curato in Funeribus, & ali-
is Processionibus Stola in-
duto. Congr. Rit. apud Bar-
bos. de potest. Par. par. 1.
cap. 19. num. 1. § apud Ga-
van. in Man. ver. Præceden-
tia, in addit. num. 9.

334. 1616. 26. Aug. - Nulla Con- 336
fraternitas impediri debet,
ne accedat ad funera, dum-
modo nullum exinde sequa-
tur injuriam Parochialium
præjudicium. Congr. Episc.
in una Camerinen. apud Ni-
col. ver. Confraternitas, num.
21.

1616. 26. Aug. - Regulares 337
vocati ad funera, conve-
niant ad Ecclesiam Paro-
chiam, & inde cum Pa-
rocho

rocho ad domum Defuncti.
Ead. apud Gavan. ver. Regul.
 jura sub Episc. num. 45. &
 hoc postea decisum fuisse à
 Congreg. Conci 1646. Jan.
 refert *Nicol. ver. Sepultura,*
 num. 10. † § Vide infra nu.
 390.

1616. 26. Aug. - Si Cadaver 338.
 est repositum in aliqua Eccle-
 sia, ut inde transferatur aliò,
 se conferant Regulares voca-
 ti ad eandem Ecclesiam, ubi
 est Cadaver. *ead. apud Gavan.*
ibid. num. 46. § apud Barbos.
de potest. Par. par. 3. cap. 26.
num. 65. ac etiam apud Man-
cin. in Pract. Visit. Infirm. in
brevi tract. de Sepult. dub. 39.
 § Vide infra n. 600.

1616. 21. Octob. - Filius, & 339.
 Filia minor, non obstante
 novo Rituali, sepeliendi sunt
 in Sepulchro Majorum in Ec-
 clesia

clesia Fratrum Congr. Episc.
 apud Gavan. in Mancin. ver.
 Sepultura, num. 10. § in ad-
 dit. num. 2 § referunt etiam
 Barbos. de potest. Par. par.
 3. cap. 26. num. 29. ac Manc.
 in Pract. Visit. Infirm. in brevi
 de Sepult. dub. 18. §. In Se-
 pulchro Majorum, scilicet,
 ex parte Patris, qui si non
 habeat propriam Sepulturam,
 tunc in Sepulchro Avi, &
 hoc deficiente, in Sepul-
 tura aliorum Ascendentium,
 non verò in Sepulchro Ma-
 jorum ex parte Matris, no-
 mine enim Majorum veni-
 unt tantum Ascendentes ex
 parte Patris, lege majorum ff.
 de verb. signif. apud Mancin-
 um ibidem. § Vide infra
 num. 510.
 1616. 21. Octob. - Corpus De-340.
 functi, quod præter ejus vo-
 lun-

R

lun-

luntatem, & non sine violentia in Ecclesia Cathedrali, vel ubi nequaquam de jure sepeliri debebat, sepultum fuit, inde exhumani, debet, ut in Ecclesia, in qua Defunctus sepeliri reliquit, vel de jure sepeliendum erat, deponatur. *Eaq. in una Asculana apud Man. in Pract. Visit. Infr. pract. 8. dub. 25. ubi aliam refert Decisionem Congr. Rit. in una Bituntinen. 1607. 21. Jul. & facit etiam cap. ex par. 1. § seqq. de Sepult.*

1616. 19. Nov. - Tempus Paschale potest extendi in longius tempus ex Episcopi, aut Parochi dispensatione rationabili. *Congr. Conc. apud Barbosa. de potest. Par. par. 2. cap. 20. num. 14. §. Vide supra num. 317. & infra num. seq. & 418.*

1616

1616. 20. Dec. - Tertiariis de 342.

Pœnitentia, vel Pizzocheris
vocationis non est admini-
strandum Sacramentum Pœni-
tentia à Regularibus ab Or-
dinario non approbatis, ne-
que ab iisdem administranda
Eucharistia in die Sancto
Paschatis. *Ead. in una Rossa-
nen. apud Ascan. Tamburin.
de jure Abbatiss. disp. 7. que-
sito 3. num. 4. ex Piassecc. in
Prax. Episc. par. 2. cap. 3.
num. 52.*

1616. 20. Dec. - Fratres Tertia- 343.

ri Collegialiter viventes, seu
cum Claustralibus habitan-
tes, exempti sunt ab Ordina-
rio quoad Sepulturam, & alia
Privilegia. *Ead. apud eumd.
ibid. num. 7.*

1616. 20. Dec. - Si contingat 344.

aliquas ex Tertiariis expul-
so castitatis voto etiam

R 2

Domi

Domi habitantibus suæ, sine Sepulturæ electione decere, sepeliantur in communi earum Sepulchro, si reperiatur; sin minus, in Ecclesiis Parochialibus. *Ead. apud eumd. ibid.* § Vide supra num. 329. & infra num. 374.

1617. 10. Jan. - Consensus solius Rectoris sufficit, ut in ejus Ecclesia sæculari possint Regulares celebrare. *Congr. Episc. apud Barbos. de potest. Paroch. par. 1. cap. 11. num. 52.* § referunt etiam *Gavan. in Man. ver. Regul. jura sub Episc. num. 29.* § *Nicol. in Flosc. ver. Missa, num. 13.*

1617. 24. Jan. - Vice curatus non tenetur ad residentiam ex Edicto, quod fit ad Curatos. *Ead. apud eumd. Gavan. ver. Parochor. residen. num.*

num. 36. Vide supra num.
311. & infra n. 358.

1617. 31. Jan. - Parochus dedu- 347.
cet fumus usque ad Eccle-
siam Regularium, in qua Re-
gulares officium circa Ca-
daver peragent, nisi contra-
ria adsit consuetudo. ead.
apud eumd. ver. Exequiæ,
num. 26. § Vide infra num.
556.

1617. 7. Mar. - Licentia allo- 348.
quendi Moniales Regulari-
bus subjectas danda est in
Dioecesi à Vicario deputan-
do, sed Superior Regularis
primo loco subscribat. Congr.
Episc. apud Gavan. verb. Li-
centia, num. 7. ¶ Vide supra
356. & infra numer. seq. &
386.

1617. 7. Mar. - Idem servetur 349.
in licentiis ingrediendi Mo-
nasteria, sed si Casibus fue-

R 3 rit.

rit repentinus, sufficiet alterutrius subscriptio. *Ead. apud eumd. ibid. num. 8.*

1617. 11. Mar. Decimæ perti-³⁵⁰nentes ad Ecclesiam Matricem non transeunt ipso jure in Parochialem Ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud Matricem, nisi eas Episcopus novo Parocho assignaverit ad præscriptum Concilii Tridentini. *Congr. Conc. apud eumd. ver. Decimæ, in addit. num 3. & referunt etiam Barbosa de potest. Paroch. par. 3. cap. 28 § 2. num. 19. in fine, & Engel in Man. Parochor. par. 1. cap. 2. num. 2. Noto secundò. § Vide supra num. 215. & infra num. 876.*

1617. 8. Apr. - Prohibitio in-³⁵¹novandi contra Parochum exemptum non impedit execu-
ecu-

ecutione, Decretorum Visitationis pro conseruatione, & administratione Sacramentorum, ac pro bono, Parochialis regimine. *Congreg. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Exemptio, num. 16.*

1617. 5. Maii. - Sepultura non 352.
debet retardari sub quouis
prætextu compositionis Quar-
tæ funeralis *Ead. in una Cassa-
nen. apud Man. in Pract. visit.
Infirm. in ult. addit. dub. 4.*
Referunt etiam *Barbosa de
potest. Par. par. 3. cap. 26.
num. 6. nec non Lantusca in
Theatro Regul. ver. Exequiæ,
num. 1. § Vide supra num.
331. & infra num. 408.*

1617. 5. Maii. - Hæredes De- 253.
functorum possunt vocare nu-
merum Sacerdotum sibi be-

R 4 ne

ne visum, & ceram pro libito dare. *Ead. apud Barbos.* *ibid. num. 57.* § *referunt etiam Mancin. loc. cit. dub. 29. ac Lantusc. ut supra, num. 3. nec non Gavan. ver. Exequiaz, num. 4. § 5. ¶* Hoc etiam antea pluries decisum fuit ab *ead. Congreg. & præsertim 1581. 17. Dec. apud Nicol. ver. Sepultura, num. 12. §. Vide supra num. 303. & infra num. 559.*

1617. 5. Maii. - Pauperum Ca- 354
davera gratis sepeliantur. *Ead. in ead. Cassanen. apud Nicol. loc. cit. num. 21. § referunt etiam Mancin. ibidem dub. 3. ac Barbosa ut supra, num. 83. nec non Gavan. loc. cit. num. 48. § Vide infra n. 590.*

1617. 12. Maji. - Quando fru- 355
ctus Beneficii Ruralis non
ex-

excedant rubrum annuum:
 tritici, Rector Beneficii trans-
 lati non est compellendus,
 nisi ad privatè celebrandum
 semel in Anno in Altari Ma-
 tricis, vel Parochialis, ad
 quod translatum fuit Bene-
 ficium. *Congr. Episc. apud
 Nicol. ver. Benefic. Eccles.
 num. 53.*

1617. 27. Maii. - Parochi non 356
 debent plus recipere pro tu-
 mulandis exteris, quàm Ci-
 vibus. *Congr. Conc. apud
 Mancin. loc. cit. dub. 2. §
 apud Barbos. ibid. num. 83.
 nec non Gavant. ver. Exe-
 quix, in addit. num. 17. §
 Hoc novissimè firmavit Con-
 gr. Episc. 1654. 10. Jul. apud
 Nicol. in Flosc. ver. Sepultura,
 num. 24. § Vide supra num.
 280. & infra n. 505.*

1617. 11. Aug. - Tempore Pe- 357
 R § stis

istis concedi debet omnibus
Religiosis facultas Sacramen-
ta administrandi. *Congreg.
Episc. in una Atrebaten. a-
pud præf. Nicol. ver. Pests,
num. 1.*

1617. 12. Aug. - Si Parochus ^{358.}
absit per octo Menses, & post-
ea hoc non expresso, obtine-
at licentiam absentia per
tres menses, hujusmodi li-
centia est subreptitia, & nul-
la. *Ead. in una Sagonen. apud
eumd. ver. Parochus, num.
30. † secunda. § Vide supra
num. 346. & infra num. seq.
& 384.*

1617. 18. Nov. - Pro tempore ^{359.}
absentia permissio sufficit li-
centia petita, licet non ob-
tenta. *Congr. Conc. apud eumd.
ver. Absens, num. 3.*

1617. 24. Nov. - Canonici A- ^{360.}
nimarum curam exercentes,
quæ

quæ illi Ecclesiæ, cujus sunt
 Canonici, imminet, gaudent
 distributionibus in actu exer-
 cendi Parochialia *Congr. Episc.*
apud Gavan. ver. Canonico,
distribut. num. 15.

1617. 22. Dec. - Non valet Ma- 361.
 trimonium coram Vicario
 Parochi amovibili, nondum
 approbato ab Episcopo. *Ead.*
apud eumd. ver. Matr. celebr.
num. 42.

1618. 19. Jan. - Qui practicas 361.
 faciunt ad Beneficia antequam
 vacent, non sunt excommu-
 nicandi. *Ead. apud eumd. ver.*
Excommunicatio, num. 38. S
apud Nicol. ver. Patronus,
num. 4.

1618. 3. Maii. - Doctrina Chri- 362.
 stiana doceri debet in eo lo-
 co, qui magis Episcopo vide-
 bitur expediens, etiam in O-

ratorio Confratrum. *Ead.*
apud Nicol. ver. Doctrina
Christ. num. 7. § Vide supra
num. 294. & infra numer.
585.

1618. 5. Maii. - Sacerdotes tam ³⁶⁴
 sæculares, quàm Regulares
 possunt benedicere fornaces,
 & similia, non tamen sole-
 mniter, ut faciunt Parochi.
Congr. Conc apud eumd. ver.
Parochus, num. 17. †

1618. 25. Maii. - Curati Regu- ³⁶⁵
 lares debent refectionem da-
 re aliis Curatis, quando Con-
 ferentia Caluum Conscientiæ
 fit in eorum Cura, sicuti fa-
 ciunt in suis Curis Curati
 sæculares. *Congr. Episc. apud*
eumd. ver. Casus Conscientiæ,
num. 4.

1618. 2. Jun. - In Festo SS. ³⁶⁶
 Corporis Christi non est de-
 ferenda in Processione Eu-
 cha-

charistia Sacerdotum hume-
ris, sed Celebrantis manibus.

*Congr. Rit. apud Gavan. in
Thesauro par. 4. tit. 12. num.*

4. & apud Barbosa de potest.

Paroch. par. 2. cap. 20. num.

50.

1618. 13. Aug. - Parochus non 367.

habet locum in funeribus à

Canonicis Collegiatae simpli-

cis, licet habuisset ante ejus

erectionem. *Ead. apud præf.*

Gavan. ver. Præcedentia, in

addit. num. 25. & apud Barb.

cit. par. 1. cap. 9. n. 9.

1619. 12. Jan. - Licet Parochus 368.

amovibilis sit examinandus,

& approbandus ab Episcopo,

non tamen requiritur Con-

curfus, nec Examinatores

Synodales. *Congr. Conc. apud*

Nicol. ver. Parochus, num.

7.

1619. 23. Febr. - Etiam si Col- 369.

R. 7. legiata.

legiata habeat omnimodam
 præcedentiam supra Matri-
 cem, non tamen potest prius
 pulsare Campanas in Sabbato
 Sancto *Congr. Rit. apud Ga-*
van. ver. Campanæ, in ad-
dit. num. 2. § Vide supra n.
 287.

1619. 5. Mar. - Ne à Dominibus
 vicinis pateat Fenestra in Ec-
 clesiam. *Congr. Episc. apud*
eumd. ver. Ecclesia, numer.
 27. § Vide supra numero.
 323.

1619. 16. Mar. - Carens oculo
 dextro, si ex dispensatione
 celebret, admittendus est ad
 Beneficiorum con cur sum.
Ead apud Nicol. ver. Con-
curfus.

1619. 17. Mar. - Episcopus non
 tenetur prorogare terminum
 concursus, sed benefacit pro-
 rogando. *Congreg. Conc. apud*
Barbos.

Barbosa de potest. Paroch. par.
cap. 2. num. 40.

1619. 19. Mar. - Canonicus 373.

Curatus potest eligi in Vica-
rium Generalem, Sede va-
cante. *Congr. Episc. apud*
Gavan. ver. Capitul. Sede vac.
num. 8.

1619. 23. Mar. - Si deponantur 374.

Defuncti in Parochiali, ut in-
de transferantur ad Ecclesiam
Regularium, in qua elegerunt
Sepulturam, nihil debetur Ec-
clesiæ Parochiali, exceptis
juribus Parochialibus. *Congr.*
Rit. apud Barbos. de potest. Pa-
roch. par. 3. cap. 26. num. 56.
in fine, & apud Gavan. in
Man. ver. Exequiæ, in addit.
num. 18. § Vide supra
num. 344. & infra numer.
472.

1619. 2. Maii. - Ecclesia Paro- 375.
chialis

chialis extra Civitatem tenetur quidem celebrare Dedicacionem Ecclesiæ Cathedralis, sed sine Octava. *Ead. apud pref. Gavan. ver. Eccl. Conf. num. 18.*

1619. 5. Jul. - Matrimonia ministranda sunt gratis. *Congr. Episc. apud eumd. ver. Matrimonii celebratio, numer. 12.*

1619. 19. Jul. - Excommunicatum notorium sepeliant Parochi in Ecclesia, si pœnitentiæ signa dederit in articulo mortis. *Ead. apud eumd. ver. Sepultura, in addit. num. 5. Et apud Barbos. de potest. Parochi, par. 3. cap. 26. num. 40.*

1619. 19. Jul. - Parochus Ruralis non potest esse Vicarius Capituli: Parochus autem de Civitate, qui sit Doctor, eligi

eligi potest. *Ead. apud pref.
Gavan. ver. Capitul. Sede vac.
in addit. num. 1.*

1619. 27. Sept. - Curati Reli- 379.
gionis Hierosolymitanæ te-
nentur ad exponendas 40.
Horas perturnum, *Congreg.
Episc. apud Nicol. ver. Hie-
rosolymitani, num. 9.*

1619. 23. Nov. - Non possunt 380.
Regulares in Sabbato Sancto
benedicere Domos Laico-
rum. *Congr. Conc. apud Ga-
van. ver. Regular. jura sub
Episc. in addit. num. 5. in Bar-
bosa de pot. Paroch. cap. 12.
num. 11.*

1620. 21. Jan. - Mulierum Con- 381.
fessiones post crepusculum
vespertinum, & ante auro-
ram non sunt audiendæ sine
necessitate. *Congreg. Episc.
apud Nicol. ver. Confessarius,
num. 22.*

1620.

1620. 21. Febr. - Episcopus 382.
tempore Jubilæi prohibere
non debet, ne quis Confessa-
rius audiat Confessiones ex-
tra Parochialem. *Congreg.
Conc. apud eumd. ver. Jubi-
læum, num. 4.*

1620. 4. Apr. - Parochus non 383.
habet locum in Synodo, ne-
que in Processione à Canoni-
cis Collegiatæ etiam simpli-
cis. *Congr. Rit. apud Gavan.
in Man. ver. Præcedentia, in
addit. num. 26.*

1620. 11. Apr. - Parochus, qui 384.
lumen oculorum amisit, te-
netur nihilominus residere.
*Congr. Conc. apud Nicol. ver
Cæcus, num. 4. in fine. § Vi-
de supra num. 358. & infra n.
447.*

1620. 28. Apr. - Quando Con- 385.
cilium Sess. 7. cap. 8. & Sess.
25. cap. 16. tractat. de Visi-
tatio

2. tatione Parochialium exem-
ptarum, non habet locum in
Regularibus, in quibus Ani-
marum curam exercent Fra-
tres ipsi. *ead. apud eumd. verb.*
Parochus, *num 9.*

33. 1620. 30. Jun. - Vicarius Fora- 386.
neus nullam habet præceden-
tiam super alios ipso antiquio-
res in Clero, ratione hujus
officii. *Congreg. Rit. apud Ga-
vant. ver. Vicar. Foran. num.*
§. §. Excipe quod supra dixi-
mus num. 256. § Vide supra
num. 348. & infra numero.
445.

34. 1620. 2. Jul. - Possunt Regu- 387.
lares in suis Ecclesiis dies
festos, & jejunia annuncia-
re ad Altare inter Missæ ce-
lebrationem. *Congr. Conc.*
85. *in una Bononiensi apud Peyrin.*
de Privil. Regul. tom. 2. circa
Constitut. 7. Pii V. §. 10. ad
1.

1. *Referunt etiam Lantusca*
in Theatro Regular. tom. 1.
cap. 9. num. 17. nec non Ga-
van. in Man. ver. Regul. ju-
ra sub Episc. in addit. num. 7.
ubi ait, posse Regulares præ-
dicta annunciare, licet antea
Congregatio Episc. 1603. 15.
Dec. limitasset, cum licen-
tia Episcopi id fieri licere, ex
Barbosa de potest. Paroch. par.
1. cap. 16. num. 26. ¶ Hoc
decretum derogat alteri an-
tea edito 1603. 30. Apr. apud
Nicol. in Flosc. ver. Festum,
num. 8.

1620. 2. Jul. - Possunt prædicti ^{388.}
 Regulares colligere oblatio-
 nes, & Pacem dare Populo
 inter Missarum solemnias,
 dummodo à perambulatio-
 nibus per Ecclesiam, ac si-
 milibus eleemosynarum ex-
 torsionibus abstineant, *Ead.*
apud

apud eosdem *ibid.* ad 2. §
 referunt etiam *Barbosi de pot-*
est Parochi, par. 1. cap. 11.
num. 22. ac Engel in Mann-
al. Parochor. par. 4. cap. 2.
num. 10.

1620. 2. Jul. - Non tamen pos- 389.
 sunt deferre Pluviale, vel Sto-
 lam extra Ecclesiam, vel Clau-
 strum. *Ead. apud eosd. ibidem*
ad 3. § Vide tamen infra n.
628.

388.
 1620. 2. Jul. - Vocati ad Sepul- 390.
 turam alicujus Defuncti, de-
 bent ad Ecclesiam Parochia-
 lem accedere, ubi Cierus
 congregari consuevit, non
 verò expectare in via. *Ead.*
apud eosd. ad 4. § Vide supra
num. 337. & infra numer.
482.

1620. 2. Jul. - Prohiberi non 391,
 potest, quo minus Missa in
 Ecclesiis Regularium cele-
 bretur

bretur ante Missam Parochialis Ecclesiæ. *ead. apud eosd. ibid. ad 5.* § Vide supra num. 299. & infra numer. 467.

1620. 2. Jul. - Inter Missæ celebrationem non possunt publicare Matrimonia, *ead. apud eosd. ibid. ad 6.* § refert etiam Barbosa de potest. Parochi par. 2. cap. 21. n. 16. 392

1920. 2. Jul. - Possunt in propriis Ecclesiis eo tempore concionari, quo fit concio in Ecclesia Parochiali, petita tamen ab Episcopo benedictione. *ead. apud eosd. ibid. ad 7.* § Vide supra num. 301. & infra num. 404. 393

1622. 2. Jul. - Non licet Regularibus Processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum. *ead. apud eosdem ibid, ad 8.* § refert etiam Barbos. 394

Barbosa de potest. Paroch par.
1. cap. 12. n. 13. in fine. § Vi-
de infra n. 452.

1620. 2. Jul. • Non est illis pro- 395
hibitum, in propriis Ecclesiis
Mulieres post Partum ad Pu-
rificationem admittere, *ead.*
apud eosd. ibid. ad 9.

1620. 2. Jul. • Regulares extra 396
Claustra decedentes possunt
ad eorum Ecclesias deferri,
etiam Parochis inconsultis.
Ead. apud eosd. ibid. ad 10. §
referunt etiam Barbosa de
potest. Parochi, par. 3. cap.
26. n. 68. § Manc. in Pract.
visit. Infirm. in brevi tract. de
Sepult. dub. 9. § Vide supra
num. 327. & infra num. 472.
& 493.

1620. 2. Jul. • Non possunt 397
ducere funus Superiorum,
vel Magistrorum, aut Thec-
logo

logorum per Parochias Ci-
vitatís , & per Plateas cum
pompa. *Ead. apud eosd. ibid.*
ad 11.

1620. 2. Jul. - Possunt colligere 398.
à Laicis fructus agrorum in
eleemosynam , antequam
Curatus suas collegerit pri-
mitias. *Ead. apud eosd. ibid.*
ad 13. & refert Barbosa de
potest. Paroch. par. 3. cap. 27.
num. 11.

1620. 2. Jul. - Non possunt be- 399.
nedicere Domos Dioecsis in
Hebdomada Sancta. *Ead. a-*
puđ eosd. ibid. ad 12. & a-
puđ Barbos. ut supra, par. 1.
cap. 12. num. 12.

1620. 8. Aug. - Ecclesia Curam 400.
unita Monasterio Abbatis
Regularis visitari potest et-
iam

iam ab eodem Abbate in iis,
quæ Curam, non verò admi-
nistratio nem concernunt.

*Congr. Conc. apud Nicol. in
Flosc. ver. Visitatio Ordin.
num. 1. †*

1610. 1. Sept. - In Parochiis Re- 401.

ligionis Hierosolymitanæ,
in quibus Populus habet jus
eligendi, sive nominandi Pa-
rochum, examen, approba-
tio spectat ad Episcopum,
sola institutio ad Priorem.

*Congreg. Episc. in una Mes-
sanen apud eumd. ver. Hiero-
solymitani, num. 8.*

1620. 7. Sept. - Non valet Ma 402.

trimonium coram Sacerdo-
te dicente se habere licenti-
am à proprio Parocho, si
revera licentia non est vera.

*Congr. Conc. apud Gavan. ver.
Barbosa de potest Paroch.*

par. 2, cap. 21. n. 77.

S

1620.

1620. 42. Sept. - Si Regulares 403.
 presentent Curatum idone-
 um pro suis Ecclesiis Curam
 Animarum habentibus, Epi-
 scopus debet illum admittere,
 dummodo, si derere debeat
 extra Claustra, secum habe-
 at Socium ejusdem Ordinis.
*Congr. Episc. apud Nicol in
 Flosc. ver. Cura Animar. num.
 12. § Vide supra num. 177.
 & infra n. 506.*

1621. 20. Mar. - Parocho con. 404.
 cionari non tenetur Univer-
 sitas dare aliquid, quod dari
 solet aliis Concionatoribus.
*Congreg. Conc. in una Vestan.
 apud Barbosam de potest. Par.
 par. 1. cap. 14. num. 7. § a.
 pud Gavan. in Man. ver. Con-
 cio lacra, in addit. num. 3.
 § Vide supra num. 393. &
 infra n. 465.*

1621

PRO PAROCHIS.

418

1621. 6. Jan. - Ad Matrimoni- 405.
um ministrandum Parochus
habitationis contrahentium
est necessarius. *Decisum re-
fert Barbosa allegat. 32. num.
63. citatus à Gavant. ver. Ma-
trim. celebr. num. 35.*

1621. 26. Jun. - Si Cura Anima- 406.
rum incumbat Capitulo Ca-
thedralis, atque à Canonicis
per turnum exerceatur, non
potest hujusmodi Canonica-
tum suscipere qui vigesimum
quintum ætatis annum non
attigerit, & tenetur, justo im-
pedimento, cessante, infra an-
num ad Sacerdotium promo-
veri, & Congregationibus
Casuum Conscientiæ interesse
ad instar aliorum curam Ani-
marum habentium. *Congr.
Conc. apud Nicol. ver. Cura
Animar. n. 1. † § Vide supra
n. 150. & infra n. 415.*

S. 2

1621.

1621. 26. Jun. - Canonici præ-⁴⁰⁷
dicti non examinantur ad Cu-
ram, cùm admittuntur ad
Canonicatus, sed cùm datur
eis facultas audiendi Confes-
siones. *Ead. apud eumd.*
ibid.

1621. 3. Aug. - Si postridie, ⁴⁰⁸
quàm sepultum est Cadaver
cum Cereis, fiat solemnis
Missa cum majori Cereo-
rum quantitate, de his quo-
que quarta pars debetur Pa-
rocho. *Congreg. Episc. apud*
Gavan. ver. Quarta, in ad-
dit. num. 10. S apud Man-
cin. in Pract. visit. Infirm. in
brevi tract. de Quarta funer.
dub. 1. nec. non apud Barb.
de potest. Paroch. par. 3. cap.
25. num. 38. S Vide supra
num. 352. & infra numer.
449.

1621. 1. Octob. - Non est sup-⁴⁰⁹
pri-

primenda Parochialis ab Or-
dinario, ut erigatur in Be-
neficium simplex. *Ead. in*
una Camerinen. apud Nicol.
ver. Parochus, num. 37.

1622. 19. Febr. - In Feria sexta ⁴¹⁰
in Parasceue non est admi-
nistranda Eucharistia, nisi
Infirmis. *Congr. Rit. apud*
Gavan. in Thesoure, par. 4.
tit. 9. num. 25. & referunt
etiam Mancin. in Pract. vi-
sit. Infirm. pract. 8. dub. 23.
ac Nicol. ver. Eucharistia
num. 7. ubi rejicit sententiam
Diana 4. tr. 4. res. 237. & 6.
tr. 6. res. 19.

1623. 7. Aug. - Beneficia Parochialia
vel quomodolibet ex-
ercitium Curæ Animarum
habentia, non sunt conferen-
da nisi Personæ, quæ intelli-
gat, & intelligibiliter sciat i-
diomata Loci, ubi Ecclesia,
S 3; vell

vel Beneficium huiusmodi consistit, aliter huiusmodi provisio, seu mandatum, & gratia nullius sint roboris, vel momenti. *Urbanus VIII. apud Cherub. in Bullar. tom. 4. Constit. 7. quæ incipit Sanctissimus, num. 20.*

1623. 7. Aug. - Si quis suppli- 412
caverit sibi de Beneficio quocumque, tanquam per obitum alicujus licet tunc viventis, vacante provideri, & postea per obitum ejus vacet, provisio, & quævis dispositio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo faciendæ, nullius similiter sint roboris, vel momenti. *Ibidem apud eumd. ibid. n. 21.*

1623. 7. Aug. - Petentes Be- 413
neficia Ecclesiastica aliis uniri, tenentur exprimere
verum

verum annum valorem secundum communem estimationem tam Beneficii uniendi, quam illius, cui uni-ri petitur, alioquin unio non valeat, & semper in unionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest, & idem observetur in quibusvis supplicationibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus unionum, singularumque dispositionum huiusmodi. *Idem apud eumd. ibid. num. 22.*

623. 7. Aug. - Si committatur 414.
 tur alicui Beneficio resigna-
 tionis receptio, ponatur clau-
 sula, *Attentè quoque provis-*
 S 4 *deas,*

deas Sc. & si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, quod *neuter* permutantium jus acquirat, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in Beneficio per ipsum resignato. *Idem apud umd. ibid. num. 40.*

¶ 1623. 25. Sept. - Ubi Cura Animarum exercetur per turnum, qui non sunt apti, gravari debent aliqua honesta contributione. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Cura Animar. num. 1. §. Vide supra num. 406.*

¶ 1623. 26. Sept. • Baptizans Filiolum alicujus etiam in absentia Clerici, etiam in extrema necessitate, contrahit impedimentum dirimens: Si tamen Matrimonium esset jam contractum, petitionem debiti non impedit. *Congreg. Conc.*

Conc. apud eumd. ver. Baptif-
mus, num. 6.

1604. 10. Mar. - Quælibet Ec. 417.

clesia censetur esse in aliqua
Diecepsi, nisi probetur habe-
re territorium separatum.

Rota apud Ascan. Tambur. de
Jure Abbat. tom. 1. disput.

15. *quæsito 9. num. 5. ubi plu-*
res citantur ejusdem. Rotæ
præcedentes Decisiones.

1624. 24. Maii. - Qui in Pascha 418.

te communicaverunt Romæ,
non sunt denunciandi à Pæro-
cho, nec debet Episcopus
contra eos procedere. *Congr.*

Episc. apud Nicol. ver. Pa-
scha, num. 4. ¶ Vide supra
num. 341. & infra numer.
525.

1624. 11. Jun. - Non potest E. 419.

piscopus eligere Fontem Ba-
ptismalem in Parochia Filiali,
ac propterea partem redditu-

S. si

una

um Matricis dismembrare,
novæque Baptismali applicare.
Congr. Conc. apud eumd. ver.
Baptismus, num. 9.

1624. 23. Aug. - Pro Parochiis 420,
distantibus expeditius vide-
tur, Vicarias perpetuas eri-
gere, quàm novas Parochias.
Congreg. Episc. in una Senen.
apud eumd. ver. Parochus,
num. 2.

1625. 11. Apr. - Communita- 421.
tes possunt facere celebrare in
Parochiali, vel aliis Eccle-
siis, aut Capellis, quot Mis-
sas volunt, sine tamen præ-
judicio jurium Parochiali-
um. *Ead. in una Bergomen.*
apud eumd. ver. Missa, num.
16.

1625. 12. Maii. - Constitutio 422.
Synodalis, quod Provisus
Apostolicus non possit in
possessionem immitti, nisi pri-
us

US

us exhibeat suas Bullas, exe-
quendas in Tribunali Episco-
pi, est nulla. *Ead. in una Parm.*
apud eumd. ver. Benefic. Eccl.
num. 44.

1625. 21. Jun. - Non possunt 423.

Episcopi in Dioecesana Syno-
do, vel aliàs reducere one-
ra ulla Missarum celebra-
darum, sed pro his omnibus
reducendis, aut moderan-
dis, vel commutandis ad A-
postolicam Sedem est re-
currendum. *Congreg. Conc.*
de mandato Urbani VIII. a-
puđ Cherub. in Bullar. tom.
4. Constit. 45. quæ incipit
Cum læpe, & referunt etiam
Peyrin. de Privil. Regul. tom.
2. Constit. 9. ejusd. Pontif.
& Gavan. in addit. ad
Man. Episc. num. XII. ac
Matthæuc. in Offic. Cur. Re-
gul. tom. 1. cap. 12. num. 10.

S 6

nec

nec non Thom. Tambur. in
Opusc.

§ Adnotandum, quòd licet
legatum sit tenuissimum,
nihilominus pro reductione
oneris adeunda est Sedes A-
postolica, quæ absque ulla
impensa onus Missarum re-
ducet: Quod si in ipsa Bene-
ficii erectione expressè cau-
tum sit, ut liceat Episcopo
injunctum onus reducere,
ac moderari, legem hanc
fundationis validam esse, &
observandam declaravit ead.
Congr. apud eosdem ibidem
ad 1.

1625. 21. Jun. - Tot Missæ ab- 424
solutè celebrentur, quod ad
rationem attributæ eleemo-
synæ præscriptæ fuerint, li-
cet stipendia incongrua sint,
& exigua, & qui secus fe-
cerit, obligationi non satis-
faciet,

faciet graviter peccabit, & ad
 restitutionem tenebitur. *ead.*
apud eosd. ibid. § refert etiam
Cordeirus de perf. Parocho,
par. 1. tract. 4. de Sacrif.
Misse, quest. 18. num. 6.
 § Notandum primò, quod ly
Præscriptæ fuerint importat
 præscriptionem factam ab
 Offerente, non verò ab Or-
 dinario: At si tribuens elee-
 mosynam, numerum Missa-
 rum celebrandarum non præ-
 scripserit, tunc tot Missæ
 celebrentur, quot præscrip-
 serit Ordinarius, secundum
 morem suæ Civitatis, vel
 Provincie, *ex declar. ejusd.*
Congr. apud eosd. ibid. ad 2.
 § Notandum secundò, quod
 cum Ordinarius præscripserit
 eleemosynam congruam jux-
 ta qualitatem loci, personarum
 ac temporum, Sacerdotes ac-
 cipientes

§ 7

cipientes

cipientes stipendium minus congruo tenentur Missas illis ab Offerente præscriptas celebrare. *Ead. ibid. ad 3.* § Notandum tertio, quod Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non possunt eadem Missa utriusque obligationi satisfacere. *Ead. ibid. ad 4.* § Notandum quarto, quod ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, præscribenda est ab Episcopo eleemosyna congrua, quæ correspondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ, & ideo non est liberum Hæredibus eleemosynam sibi bene

bene visam præscribere. *Ead. ibid. ad 5.* § Vide infra num. 565.

1625. 21. Jun. - Revocantur Privilegia, & Indulta quæcumque, & quibuscumque concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Cælestis, seu Orationibus, plurimum Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat. *Ead. apud eosd. ibid.* § Notandum, quod *ly in futurum suscipiendis* intelligendum est de oneribus suscipiendis post Privilegium, *ex declar. ejusd. Congr. ad 6.* 425

1625. 21. Jun. - Sacerdotes qui Missam suscepit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosynæ 426.

synæ sibi retente, celebrandam committat. *Ead. apud eosd. ibid.* Et refert etiam *Cordeirus loc. cit. quest. 23. num. 7.* § Notandum primò, quod Ecclesiæ, & Loca pia, quæ alios non habent redditus, quos licitè possint erogare in expensarum usum, possunt aliquam portionem tetinere ex eleemosynis oblatiis pro Missis celebrandis, dummodo prædicta portio non excedat valorem expensarum, & nihilominus eo etiam casu curandum est, ut ex pecuniis, quæ supersunt, deductis expensis, tot absolute Missæ celebrentur, quot ab Offerentur præscriptæ fuerunt eleemosynæ; *ex declar. ejusd. Congr. ad 7.* § Notandum secundò, quod Rector Beneficii, qui potest per ali-

uma

um celebrare, non tenetur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii, sed satis est, ut ei eleemosynam congruam tribuat juxta morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit, *ex declar. ejusd. Congr. ad 8.*
§ Notandum tertio, quod Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missæ, debent dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt, nec ideo satis est, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam, *ex ead. declar. Congr. ibid. ad 9.* Vide infra num. 480. 566. & 567.

1625. 21. Jun. - Pecuniæ reci. 427.

piendæ cum onere perpetuo
Missarum convertantur (si
fieri possit) in Bona immo-
bilia fructifera cum expressa,
& individua mentione one-
ris, quod illis annexum re-
peritur. *Ead. apud eosdem
ibid.*

1625. 21 Jun. - Onera perpe. 428.

tua Missarum ne recipiantur
à Clero Sæculari sine licen-
tia Episcopi, vel ejus Gene-
lis Vicarii in scriptis, &
gratis concedenda, & qui
secus fecerit, ab ingressu
Ecclesiæ interdictus sit eo
ipso. *Ead. apud eosd. ibid. §.
Vide infra num. 624. &
625.*

1625. 21 Jun. - Eleemosynæ 429.

manuales, & quotidianæ
pro Missis celebrandis ita
demum accipiantur, si one-
ribus

ribus antea impositis ita satisfactum fuerit, ut nova quoque onera suscipi possint, alioquin abstinetur ab huiusmodi eleemosynis etiam sponte oblatis in futurum recipiendis. *Ead. apud eosd. ibid.* § Notandum primò, quod hoc Decretum non prohibet absolutè, quominus accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt, ac propterea etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, possunt tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere, *ex declar. pref. Congr. ad 10.* Notandum secundò, quod licèt onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant,

queant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum prædictum non prohibet, quo minus hujusmodi eleemosyna accipiatur, *ex ead. declar. ad II.* § Notandum tertio, quod neque Administratores Ecclesiæ magnæ devotionis, & concursus possunt eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis, non nisi post longum tempus, satisfacere valeant, licet cultus Ecclesiæ, & Devotio, ac Concursum Fidelium, ut adjunt, minuatur, nisi consentiant illi, qui eleemosynas tribuunt, ut dictum est
supra

Supra, ex declar. præf Congreg. ad 14. § Notandum quartò, quod in prædicto Decreto comprehenduntur etiam privati Sacerdotes, ex ead. declarat. ad 15.

1625. 21. Jun. - Capsulæ cum 430.
 inscriptione illa *Eleemosyna pro Missis*, vel alia simili auferendæ sunt ab Ecclesiis in casu prædicto. *Ead apud eosd. ibid.* § Notandum primò, quod qui prædictas Capsulas ab Ecclesiis non auferunt, non ideo incurrunt pœnam interdicti, ex declar. præfat. Congr. ad 12. § Notandum secundò, quod in hoc Decreto comprehenduntur etiam illæ Capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die Commemorationis omnium Defunctorum, & vulgo *Casse de*

*de Morti dicuntur, ex ead. de-
clar. ad 13.*

1625. 7. Jul. - Descriptus in 437^r
tempore concursui præfixo,
si comparuerit, legitimo
impedimento cessante, ela-
pso termino, etiam re inte-
gra non est audiendus. *Congr.
Conc. apud Barbosa. de pot-
est. Parachi, par. 1, cap. 2.
num. 45.*

1625. 6. Sept. - Curatus Re. 437^r
regularis debet juxta solitum
accedere assistendum in Ma-
trice Benedictioni Fontis,
indeque aquam accipere,
projecta in Sacramentarium
ea, quam ipse contra soli-
tum benedixerat. *Congreg.
Episc. in una Ariminen. apud
Nicol. in Flosc. ver. Baptis-
mus, num. 5.*

1625. 18. Sept. - Regulares 433^r
prohiberi possunt ab Epi-
copo

scopo, ne excedant taxam ab iplo præscriptam in emolumentis Parochialibus. *Congr. Conc. apud Barbos. de Jure Eccles. lib. 2. cap. 42. num. 145. relatum à Gavant. in Man. ver. Regular. jura sub Episc. in addit. num. 13.*

1625. 1. Nov. - Bona jurisdi- 434
ctionalia ad Ecclesias pertinentia, vel ad loca pia non sunt danda in feudum, vel emphyteusim, nec ultra triennium locanda, neque hujusmodi concessionem renovandæ, sive prorogandæ. *Urbanus VIII. apud Cherub. in Bullar. tom. 4. Constit. 51. quæ incipit Humanæ salutis, & refert etiam Gavant. in Man. ver. Alien. rer. Eccl. num. 32. § Vide supra n. 224.*

1626. 2. Jun. - Ecclesia Paro- 435
chialis non potest ab Episcopo

scopo mutari in Collegia
tam. *Decisum refert Loter.*
de benef. lib. 1. quest. 14. n.
49. citatum ab eod. Gavan.
ver. Benefic. mut. in addit.

1626. 18. Jul. - Celebrans, qui 436.
distribuit Cineres, Candelas,
& Ramos, detecto capite
distribuat. *Congr. Rit. apud*
Gavan. in Thesauro, par. 4.
tit. 6. lit. p. § apud Barbos.
de potest. Paroch. par. 1. cap.
12. num. 10. § par. 3. cap.
24. num. 11. § Quoad Can-
delas vide supra num. 333.
& infra n. 453.

1626. 5. Dec. - Matrimonium 437.
contractum coram Sacerdote
extraneo, qui habet licentiam
à proprio Parocho unius ex
contrahendibus, & ignorat
se illam habere, prout igno-
rat unus ex contrahentibus,
est

est invalidum. *Congr Episc.*
apud cit. Barbos. per. 2. cap.
21. n. 15.

1627. 23. Apr. - Transferri potest 438.
 est in Ecclesiam commodio-
 rem Cura paucarum Anima-
 rum solita exerceri in Ec-
 clesiis Monialium, etiam
 invito Parocho, cum con-
 sensu tamen aliorum inter-
 esse habentium. *Congreg.*
Episc. apud Nicol. ver. Cura
Anim. num. 16.

1627. 27. Maii. - Vicarius Ge- 439.
 neralis non potest impedire,
 ne Parochus faciat Matrimo-
 nii denunciations absque
 sua licentia. *Congreg. Conc.*
apud Barbosa loc. cit. num.
16. § refert etiam Gavan.
ver. Matrimon. denunc. in
addit. num. 1. § Vide supra
n. 131. & infra n. 471.

T 1627,

434 CONST. ac DECIS.

1627. 26. Jun. - Parochi S. 440^v

Joannis Hierosolymiteni cu-
ram Animarum sæcularium
exercentes visitandi sunt gra-
tis, & absque impensa, &
onere Rectorum ab Episcopo
tanquam Sedis Aposto-
licæ delegato. *Decisum re-
fert Barbosa de Jure Eccles.
lib. 1. cap. 14. num. 22. re-
latus à Gavan. in Man. ver.
Visitatio Episc. in addit. n.
5. § Hoc antea constituit
Pius V. anno 1571. 22. Sept.
apud Cherub. in Bullar. tom.
2. Constitut. 136. quæ incipit
Exposcit, §. 4. & deinde hoc
idem decrevit Congregat.
Episc. in Elnen. apud Nicol.
in Flosc. ver. Visit. ordin.
num. 1.*

1627. 31. Jul. - Valet Matri. 441^v
monium coram Parocho,
licet

PRO PAROCHIS.

439

licet collatio ejus Beneficii
sit nulla ob defectum Exa-
minatorum Synoda si um.
Congr. Conc. apud Gavant. in
Man. ver. Matrim. celebr. in
addit. num. 6. ex Barbof. de
potest Paroch. par. 2. cap. 21.
num. 51.

1627. 28. Aug. - Celebrans in 442.
Parasceve mittat Particulam
in Calicem sine aliquo Cru-
cis signo. Congreg. Rit. apud
avant. in Thesaur. par. 4. tit.
9. lit. n.

1627. 18. Sept. - Absentia 443.
Viri per multos annos abs-
que aliqua notitia, quod su-
pervivat, non est sufficiens,
ut ejus Uxor possit transire
ad secundas Nuptias. Congr.
Conc. in una Medialonen. a-
441. pud Barbosa de potest. Paroch.
par. 2. cap. 21. n. 10.

T 2

1627.

436 CONST. ac DECIS.

1627. 18. Sept. - Monachus 444.
exercens curam Animarum
in Ecclesia unita Monaste-
rio removeri debet arbitrio
Episcopi absque eo quod te-
neatur deducere causas re-
motionis, & multò minus
eas justificare. *Ead. apud Ni-
col. ver. Cura Animarum,
num. 15. †*

1627. 7. Octob. - Vicario 445.
Foraneo nihil dandum est
in Funeribus ratione Vica-
riatus. *Congr. Rit. apud Ga-
van. in Man. ver. Vicar.
Foran. in addit. num. 2. §
Vide supra n. 386. & infra
n. 599.*

1627. 13. Nov. - Non pot. 446.
est Episcopus in locum de-
mortuorum Examinatorum
alios subrogare usque ad
novam Synodum. *Congreg.
Conc.*

4. Conc. in una Visionem. apud
Barbosa de potest. Paroch.
par. 1. cap. 2. n. 64.

1627. 13. Nov. - Parochus di-447.
stans tribus, aut quatuor
milliaribus à Parochis, non
habetur pro residente, quam-
vis Dominicis, & festivis
diebus ad suam Ecclesiam
accedat, quia non potest
dici residentia, nisi sit in
45. proprio loco. Ead. in una
Sarzanen. apud Cordeirum
de perf. Parocho, par. 2.
tract. 1. quest. 4. num. 1.
ex Barbos. de potest. Paroch.
cap. 8. num. 39. Et refert
etiam Gavan. in Man. ver.
Parochor. residen. num. 12.
446. ex Garzia par. 3. cap. 1. num.
179. in declar. 17. § Vide
supra n. 384. & infra n. seq.
& 487.

1627. 13. Nov. - Nec excu- 448.
 sator à residentia, quam-
 vis non adsit commoda Do-
 mus Parochialis, & sit in ma-
 gna aeris intemperies, & reti-
 neat Capellanum in Parochia.
Ead. apud Barbosa loc. cit. nu.
 36.

1628. 22. Jan. - Stante con- 449.
 suetudine in Civitate, quod
 jus sepeliendi Peregrinos,
 & Viatores spectet ad Ca-
 thedralem, Quarta funeralis
 non debetur Parocho, intra
 cujus limites Viator reten-
 tus pro delicto, & habilita-
 tus cum cautione decedit.
*Congr. Conc. in una Pisau-
 ren. apud Barbos. ut supra
 par. 3. cap. 25. num. 23. citat.
 à Mancino in Pract. visit. In-
 firm. in brevi tract. de Quart.
 funer. dnb. 17. Refert etiam
 Gavant.*

Gavan. ver. Quarta, in addit.
n. 1. § Vide supra num. 408.
& infra n. 468.

1628. 5. Febr. - Juspatronatus 450.
 mixto non requiritur con-
 cursum ad Beneficia. *Ead. a-*
puđ p̄f̄at. Barbosam de
potest. Paroch. par. 1. cap. 2.
num. 126. cui dubitanti Ori-
ginale ostendit Romæ Vivianus
citatus à Gavan. in Man. ver.
 Benefic Barochial. prov. nu.
 50.

1628. 7. Febr. - Juspatronatus 451.
 ad Laicorum Confraternita-
 tes spectans, laicale censetur.
Rota Gavan. ver. Juspatrona-
tus, num. 36.

1628. 26. Febr. - Extra ambi- 452.
 tum Ecclesiæ non licet Re-
 gularibus facere Processio-
 nes, nisi de licentia, &
 T 4 con.

consensu Parochi, talvis Privilegiis, si quæ sunt, & consuetudinibus. *Congr. Rit. apud eumd. Paroch. ibid. cap. 12. num. 13. Et apud Gavan. ver. Processio, numer. 48. § Vide supra n. 394. & infra n. 628.*

1628. 26. Febr. - Qui benedicit Cineres, Candelas, & Ramos, debet etiam cantare Missam sequentem. *Ead. apud præf. Gavan. § Quoad Candelas vide supra n. 430. & infra n. 497.*

1628. 29. Jul. - Ecclesia Parochialis Olivetanis subjecta potest visitari ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato, & Abbas potest condere Decreta cumulativè cum Episcopo. *Decisum refert Barbosa de Jure Eccles. lib.*

*lib. 1. cap. 14. num. 21. cita-
tus à Gavan. ver. Visit Episc.
in addit. num. 3. Et refert
etiam Nicol. in Flosc. ver. Vi-
sit ordin. num. 1. †*

1628. 6. Aug. • Potest Paro- 455.
chus denuo examinari ab
Episcopo recentiore in Visi-
tatione, ex suspitione igno-
rantia. *Congr. Conc. apud
Gavan. ibid. num. 1. Et a-
pud Nicol. ver. Parochus,
num. 23.*

1628. 28. Aug. - De Titulis 456.
Altarium, nisi sint in Ka-
lendario Romano, nullum
recitetur officium. *Congreg.
Rit. apud eumd. Gavan. ver.
Altare, num. 30.*

1628. 31. Aug. - Uniones Pa- 457.
rochiarum faciendæ sunt de
consensu Capituli, & sine
præjudicio obtinentium. *Con-
greg.*

T s greg.

greg. Episc. apud Nicol. ver.
Parochus, num. 3.

1628. 20. Sept. - Parochus 458.

Cathedralis Ecclesiæ non
potest ministrare Sacramen-
ta in aliena Parochia. Congr.
Conc. apud Gavan. ver. Pa-
rochor. muner. in addit.
num. 2.

1628. 22. Sept. - Non sunt 459.

faciendæ noctu in Ecclesia
Congregationes, licet piæ,
& cum Populi ædificatione.
Congreg. Episc. in una Seno-
gallien. apud Nicol. ver. Con-
gregatio, num. 6.

1628. 30. Sept. - Qui habent 460.

onus celebrandi Missam de
SS. Rosario (exceptis Do-
minicanis) possunt dicere
Votivam de tempore. Con-
gr. Rit. apud Gavan. in The-
sauro, par. 4, tit. 17, num. 9. &
cum

eum Oratione propria, quæ
incipit *Solemnitatem*, con-
cessa ab Innocentio XI. anno
1678. 29. Octobr.

1628. 2. Dec. - Episcopus vi-461;
cinius manutenendus est in
sua quasi possessione con-
cursus instituendi in va-
cationibus Ecclesiarum Paro-
chialium Abbatia subjecta-
rum, donec Abbas legitime
probet habere jus congre-
gandi Synodum, aliasque
coegisse, & in ea Examina-
tores ad præscriptum Triden-
tini deputasse. *Congr. Conc.
apud Barb. de potest Paroch.
par. 1. cap. 2. num. 39.*

1628. 2. Dec. - Examinato-462;
res Synodales non debent
esse ulli excurrentibus con-
sanguinei, vel alia ratione
suspecti, alioquin con-
cur.

444 CONST. ac DECIS.
cursus factus coram eis est
nullus. *Congreg. Episc. apud
Nicol. in Flosc. ver. Examen,
num. 1. sub † secunda.*

1628. 16. Dec. - Non valet 463.
Matrimonium in iis, qui per
fraudem accedunt ad locum,
in quo non sit promulgatum
Concilium Tridentinum, ut
ibi sine Parocho, & Testi-
bus contrahant. *Congr. Conc.
apud Gavant. in Mancin.
ver. Matr. celebr. in addit.
num. 10. ex Barbosa de pot-
est. Paroch. cap. 21. numer.
92. & refert etiam Engel in
Man. Parochor. par. 3. sect.
13. §. 6. Dico. 4.*

1629. 29. Jan. - Parochus sæ- 464.
cularis deferat Stolum in Pa-
rochia etiam Regularium,
dum Defunctis in eorum Ec-
clesia sepelitur; & eodem
modo,

modo, in eodem casu, & tempore Parochus Regularis in Parochia Defuncti. *Congr. Rit. in una Asculana apud cit. Barbof. par. 3. cap. 26. num. 67. § apud Gavant. ver. Exequiæ, in addit. num. 15. § Vide infra num. 605.*

1629. 20. Mar. - Nulla Con - 465.
cio, neque Passionis Domini-
nicæ, facienda est de nocte
in Ecclesia. *Congreg. Episc.
apud Nicol. ver. Prædicator,
num. 17. § Vide supra nu.
404. & infra num. 473.*

1629. 21. Mar. - Intortitia, 466.
Cerei, & Candelæ, quæ per
viam deferuntur circa Ca-
davera, & quæ postea in Ec-
clesia præsentate Corpore pro
celebrandis Divinis Officiis
acceduntur, finito Officio,
T 7 inter

inter ipsos Parochos, & Ministros Ecclesiarum, etiam Regularium, & Nationalium, in quibus Cadavera sepeliuntur, æquali parte sunt dividenda. *Urbanus VIII. apud Mancin. in Pract. visit. Infirm. in brevi tract. de Sepult. dub. 28.* Et refert etiam *Lantusca in Thetro Regular. verb. Funeralia, numer. 1.*

1620 31. Mar. - Non potest prohiberi celebratio Missæ in Oratio Ruri ædificato per Laicum, antequam celebretur Missa Parochialis. *Congr. Rit. in una Capuana apud Barbos. de potest Paroch. par. 1. cap. 11 num. 23.* Et refert etiam *Gavan. ver. Missa Paroch. in addit. § Vide supra n. 391.* 466.

1629. 31. Mar. - Non potest 468.

Curatus prohibere prædicto
Laico jus Sepulturæ in præ-
fata Ecclesia, reservata
Quarta funerali proprio Pa-
rocho. *Ead. apud cit. Bar-
bos. par. 3. cap. 26. num. 22.*
§ Vide supra num. 449. & in-
fra n. 615.,

1629. 2. Maii. - Si recogni- 469.

tio Cadaverum pro capien-
da informatione, facienda,
sit extra Ecclesiam, potest
dari ab Ordinario licentia ex-
humandi. *Congr. Immunitatis
apud Nicol. ver. Cadave-
ra, num. 3. & apud Lantusc.
sub eod. ver. num. itid. 3. §*
Vide supra n. 264.

1629. 1. Sept. - Parochi in 470.

Festis non possunt recipere
nova Stipendia pro Missis.
*Congr. Conc. apud Barbos. de
potest*

potest. Paroch. par. 1. cap.
11. num. 13. § refert etiam
Gavan. in Thesauro, par. 3.
tit. 12. num. 5. § Vide infra
num. 613.

1629. 20. Dec. - Denunciatio- 471.
nes Matrimonii contrahen-
di inter exteros non sunt
faciendæ à Parocho sine li-
centia Ordinarii: si verò
contrahentes non sint exte-
ri, & publicationes & ipse
Matrimonii contractus fieri
possunt sine licentia, si non
obstet aliquod canonicum
impedimentum. Congr. Episc.
apud Nicol. ver. Matrimoni-
um, n. 5.

§ Vide supra num. 439. & in-
fra num. 474.

1629. 22. Dec. - Si recuset in- 472.
teresse funeribus Parochus
requisitus, possunt Defun-
cti

Et sepeliri in Ecclesia, in qua Sepulturam elegerunt, sine præsentia Parochi. Congr. Rit. in una Capuana apud Barbof. de potest. Paroch. cap. 26. num. 71. Et apud Gavant. verb. Exequiæ, in addit. numero 9. § Vide supra n. 374. & infra n. 504.

1630. 16. Febr. - Ne fiat Con- 573.
 cio coram Sacramento in Altari exposito, capite re-
 cto. Ead. apud eund. ver. Eucharistia, num. 57. Et re-
 ferunt etiam Nicol. sub eod. num. 24. † ac Lantusca sub eod. itip. ver. num. 3. § Vi-
 de supra num. 465. & infra num. 539.

1630. 23. Febr. - Omissio De- 474.
 nunciationum non facit Ma-
 trimonium clandestinum.
 Congr.

*Congreg. Conc. apud Gavan.
ver. Matrim. denunc. in ad-
dit. n. 2. § Vide supra num.
471.*

1630. 14. Mar. - Curati om-475.
nes, etiam exempti, etiam
Regulares tenentur inter-
esse cum aliis Curatis Con-
gregationi Casuum Consci-
entiarum. *Congreg. Episc. apud
Nicol. ver. Casus Conscient.
num. 4. & hoc antea decre-
verat. ead. Congr. 1592. 13.
Octobr. apud Gavant. in
Man. ver. Clerici Conven.
num. 2.*

1630. 13. Apr. - Decimarum ra-476.
tione Prædiorum acquisito-
rum per Regulares solven-
dæ sunt Parocho, donec do-
ceant de sufficienti Privile-
gio. *Congr. Conc. apud pref.
Gavan. ver. Decimarum, in
addit.*

addit. num. 4. *§* apud Barb.
de Paroch. par. 3. cap. 28. §.
3. num. 42. *§* Vide supra
numer. 350. & infra num.
517.

1630. 13. Jul. - Valor cen- 477.
tum Ducatorum requisitus
à Concilio, ne Beneficia-
tus ulla pensione gravetur,
intelligitur juxta morem
cujusvis Regionis. Congr.
Conc. apud Gavan. ver. Be-
nific. Paroch. provis. num.
58. & hoc antea decisum
fuit ab ead. Congr. 1594. 30.
Mar. apud Fagnan. c. Ex-
tirpandæ: de Præben. nu. 19.
citatum à Nicol. in Flojc. ver.
Pensio, num. 7.

1630. 13. Jul. - Concurfus 478.
in quibus fuerunt adhibiti
Examinatores deputati in
Sy-

452

CONST. ac DECIS.

Synodis præcedentibus, sunt nulli, quatenus tamen prædicti Examinatores in Synodo posteriori non fuerint confirmati. *Ead. in una Monopolitana apud Barbos. de potest. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 67.*

1630. 30. Sept. - Confessarii 479.

Regulares, sed non Parochi non possunt cogi ad confitentias Casuum Conscientiæ. *Ead. in una Forosempronien. apud Mattheuc. in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 21. num. 12.*

1630. 7. Sept. - Qui habent 480.

obligationem unius Missæ in Hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare alteri celebrationem dictarum Missarum

farum cum eleemosyna consueta juxta morem Regionis, retenta sibi parte dicti stipendii. *Congr. Conc. apud Gavan. ver. Missa, in addit. n. 8. ex Barbof. de potest. Paroch. par. 1. cap. 11. n. 39. § Vide supra n. 426.*

1630. 14. Dec. - Legitimè à 48r.
 Patrono præsentatus, ab inferiore jus instituendi ex privilegio Apostolico habente institutus, & ab Episcopo prævio examine approbatus, potest absque alio mandato, seu provisione Ordinarii possessionem apprehendere. *Ead. apud Nicol. in Flosc. verb. Benefic. Eccles. num. 44. †*

1631. 16. Febr. - Vocati o. 482.
 mnes ad funus debent convenire ad Ecclesiam Parochialem

chiale Defuncti. Congr.
 Rit. in una Tropien. apud citat.
 Barbos. par. 3. cap. 26. num.
 63. ¶ refert etiam Gavan. in
 Mancin. ver. Exequiæ, in ad-
 dit. num. 5. § Vide supra nu.
 390.

1631. 22. Mar. - In funeri- 483.
 bus unica Crux deferen-
 da est illius Ecclesiæ, ad
 quam defertur Cadaver, dum-
 modo non interveniat Ca-
 pitulum Cathedralis Eccle-
 siæ, sub cuius Cruce omnes
 eo casu incedere debent. Ead.
 in una Pisauren. apud Manc.
 in Pract. visit. Infirm. in bre-
 vi tract. de Sepult. dub. 26.
 ¶ referunt etiam Barbos. loca-
 cit. cap. 26. num. 78. ac Gav.
 ibid. num. 12. § Vide supra
 num. 314.

1631. 22. Mar. - Si interve-
 nerit

nerit funeribus Capitulum 484.
 Ecclesiæ Cathedralis, in hoc
 casu Curatus, & Sacrista illi-
 us Cathedralis, licet sint a-
 movibiles, debent præce-
 dere Parocho Defuncti. *Ead.*
apud eumd. Gavant. ibid. num.
13. & apud Barb. loc. cit.

1631. 22. Mar. - Crux pro- 485.
 priæ Parochiæ Defuncti
 deferenda est in funeribus,
 non autem antiquæ Paro-
 chiæ, ex qua diimembrata
 fuit nova Parochia, de qua
 est Defunctus. *Ead. apud eumd.*
loc. cit. num. 14. & apud Bar-
bos. ibid. n. 79.

1631. 5. Apr. - Tabernacu- 486.
 lum, & Baptisterium exi-
 stentia in Ecclesia Regulari-
 um non curata, si deservi-
 ant Parochiali annexæ, pos-
 sunt

sunt visitari ab Episcopo.
 Congr. Conc. apud Nicol. in
 Flosc. ver. Visit. ordin. num.
 1. sub † secunda, & sub ver.
 Cura Animar. num. 13. ad
 I. in responsione ad Episco-
 pum Curiensem in Comitatus
 Tyrolensi.

1631. 5. Apr. - Parochus Re-487.
 gularis tenetur habitare in
 Domo Parochiali, non verò
 in Monasterio distante à Cu-
 ra, & cogi potest ab Episco-
 po, ut apud Ecclesiam Pa-
 rochialeni resideat. Ead. a-
 pud eumd. ibid. ad III. &
 apud Barbos. de potest. Pa-
 roch. par. 1. cap. 8. num.
 39. § Vide supra n. 447. & in-
 fra n. 520.

1631. 5. Apr. - Idem tenetur 488.
 interesse Capitulis annalibus
 Cu-

Curatorum, & potest itidem
cogi, ut interfit. *Ead. apud
eumd. ibid. ad IV.*

1631. 5. Apr. - Potest Ordina- 489.
rius punire Curatos, & Sa-
cerdotes Sæculares deputatos
ad Curam in Ecclesiis Paro-
chialibus subjectis Commen-
datario Ordinis Teutonici.
Ead. apud eumd. ibid. ad V.

1631. 23. Apr. - Filius ex le- 490.
gitimo Matrimonio natus
eget dispensatione, ut possit
immediate obtinere Benefi-
cium de Jurepatronatus, quod
obtinet Pater, ad quod Be-
neficium in fundatione vo-
cati sunt proximiores de ge-
nere. *Congreg. Conc. apud
Gavan. ver. Juspatronatus,
in addit. num. 1.*

8. 1631. 30. Maii. - Ordinarius 491.
non debet propria auctorita-
te auferre Conventui Cu-
U ram

ram Animarum, etiam propter graves defectus in illa commissos à Religiosis ipsam exercentibus. *Congreg. Episc. apud Nicol. ver. Cura Animarum, num. 15.*

16, 1. 13. Sept. - Annus, intra quem provisus de Parochiali tenetur ad Sacerdotium se facere promoveri, incipit à die habitæ possessionis, dummodo per provisum non steterit, quo minus antea possessionem perceperit. *Congr. Conc. apud Barbos. de potest Paroch. par. 1. cap. 5. num. 5.*

16, 1. 29. Nov. • Nemini, neque Canonicis Ecclesiæ Cathedralis licet deferre Cadaver, irrequisito proprio Parocho. *Congreg. Rit. in una Andrien. apud Barbos. ibid. par. 3. cap. 26. num. 66. & apud Gavan. in Man. ver. Exequiæ*

PRO PAROCHIS.

459

quia, in addit. num. 8. § Vi.
de supra num. 395. 472. & in-
fra num. 603.

16, 2. 3. Apr. - Confraternita- 494.
tes Laicorum non possunt
tenere SS. Sacramentum in
suis Ecclesiis, nisi ex causa,
& de licentia Ordinarii. Ead.
in una Asculana apud Nicol.
ver. Confraternitas, num.
26.

16, 2. 14. Aug. - Episcopus si- 495.
mul & Vicarius possunt ex-
amini concurrentium inter-
venire, neuter tamen habet
votum, nisi vota Examinato-
rum fuerint paria. Congreg.
Episc. apud eumd. ver. Con-
cursus.

16, 2. 7. Dec. - Rei non sunt 496.
examinandi in Ecclesia, et
iamsi extra locum immunem
juramentum præstetur Congr.
Immunitatis apud Gavan. ver.

U 2

Ec-

Eccles. rever. in addit. nu
mer. 4.

1633. 14. Jul. - Parochus in die 497.

Purificationis debet distri-
buere Candelas in Ecclesia,
non verò per Domos, nisi
quis eo die fuisset legitimè
impeditus. *Congreg. Episc.
in una Spoletana apud Nicol.
in Flosc. ver. Candelæ, num.
3. § antea in una Foglinien.
1585. apud Barbosa de potest.
Paroch. par. 1. cap. 12. num.*

5. § Vide supra n. 451.

1633. 15. Apr. - Permittenda est 498.

Confraternitati quæstuatio ad
perficiendam Ecclesiæ fabri-
cam. *Ead. apud eumd. Nicol.
ver. Fabrica, num. 4.*

1633. 2. Jun. - Non licet Cura 499.

salvis eorum juribus Paro-
chialibus, impedire, ne Re-
gulares vocati ad funus, cor-
pora Defunctorum ad quas-
vis

7.
vis Ecclesias deferenda unà
cum Parochis, & Clericis
processionaliter affocient, nec
prædicti Curati possunt cogere
Hæredes, seu executores
testamentarios, ut solvant
pro Defunctis, qui tumulan-
tur in Ecclesiis Regularium,
in quibus Cadavera sepeliun-
tur, juxta Decretum Sacræ
Rituum Congregationis edi-
tum sub die 23. Aprilis ejus-
dem Anni. *Urbanus VIII. in
Bullar. tom. 5. Constit. 188.
quæ incipit Nuper.*

98.
1634. 18. Sept. - Ubi non est 500.

Aurora physicè pro licita
Missarum celebratione, at-
tendatur ea moraliter, & po-
liticè, quando scilicet ibi ter-
minare solet quies, & incho-
ari labor juxta probatam Re-
gionum consuetudinem. *Idem*

U 3

apud

499.

*apud Gavan. in Thesauro. par.
1. tit. 15. lit. 9.*

1635. 12. Maii. - Si aliquis ex 501.
descriptis ad Beneficiorum
concursum comparuerit in
tempore, sed non fuit exa-
minatus, concursus est nul-
lus. *Congreg. Episc. in una
Terracoen. apud Nicol. ver.
Concursum.*

1635. 23. Nov. - Parochi non 502.
sunt compellendi ab Episco-
po ad denuncianda delicta,
quæ quotidie committuntur
intra limites suæ Parochæ.
*Ead. apud eumd. ver. Paro-
chus, num. 26.*

1637. 3. Jul. - Excommunica- 503.
tus, absolutus vigore Jubi-
læi, prætere non potest a-
motionem Cedulaum. *Ead.
apud eumd. ver. Jubilæum,
num. 5.*

PRO PAROCHIS.

463

1637. 4. Sept. Milites Hiero- 504.
solymitani si elegerint Se-
pulturam in Testamento,
non Ideo inferendum est præ-
judicium Juribus Religionis,
& quatenus existant, neque
Parochialibus. Congr. Conc.
apud Nicol. ver. Hierosoly-
tani, num. 15. § Vide su-
pra num. 472. & infra num.
510.

1638. 11. Mar. - Parochi non 505.
possunt plus recipere in Se-
pulturis, quæ fiunt in Eccle-
siis Regularium, quam in
eis, quæ fiunt in propriis, seu
aliorum Clericorum. *Urba-*
nus VIII. in Bullar. tom. 5.
Constit. 244. que incipit Cùm
sicut, & refert etiam Lan-
tusca in Teatro Regul. ver.
Parochus, num. 1.

§ Hoc etiam antea constitue-
rat

U 4

rat

rat Paulus V. pro Indiis Occidentalibus, & Orientalibus in litteris editis sub die 1. Jun. 1567. & confirmatis ab eod. Urbano 1624. 1. Apr. apud Cherab. in Bullar. tom. 4. Constit. 23. quæ incipit Aliàs. § Vide supra num. 356. & infra n. 541.

1638. 6. Sept. - In Parochiali- 506.
bus, quæ sunt membra Monasteriorum Congregationis Cassinensis; aut aliàs ab ipsis dependentes, Cura Animarum exerceri potest etiam per Monachos ad suorum Superiorum nutum amovibiles, ita tamen, ut iidem prius examinentur, & approbentur ab Episcopo, ejusque jurisdictioni subjiciantur in his, quæ ad ipsam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, & cum eo, qui ad
eam

eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius saltem Monachus ejusdem Ordinis Professus. *Urbanus VIII. in Bullar. tom. 5. Constit. 253. quæ incipit. Aliàs. § Quoad Socium vide supra n. 403.*

06. 1639. 17. Aug. . Capellæ plures 507.
in eodem Altari sub eadem invocatione cum diversis Missarum oneribus, quæ antea conferebantur pluribus Clericis, non possunt hodie retineri ab uno sine dispensatione Apostolica. *Congreg. Conc. apud Gavan. in Man. ver. Benefic. plural. in addit.*

1640. 24. Sept. - Episcopus 508.
Civitatum unitarum potest concursum facere in Civitate, in qua reperitur, sed cum inter ventu Examinatorum

U s Dice-

Dioecesis, ubi sita est Paro-
chialis. Congr. Episc. in una
Civitatis Castellanae, & Hortanae
apud Nicol. in Flosc. ver.
Episcopus, num. 22.

1639. 13. Dec. - In Ecclesiis Con- 509
fraternitatum, ubi asserva-
tur SS. Eucharistiæ Sacra-
mentum, nullum ob id infe-
rendum Juribus Parochiali-
bus præjudicium. Ead. in una
Asculana apud eumd. ver. Eu-
charistia, num. 22.

1640. 20. Jan. - Licet Paren- 510
tibus, in quacumque Eccle-
sia voluerint, etiam Regu-
larium, eorum Filiis mino-
ribus, qui ad annos puberta-
tis nondum pervenerunt, eli-
gere Sepulturam, nec à Pa-
rochis locorum possunt im-
pediri, præsertim verò, si in
dictis Regularium Ecclesiis
sepeliri consueverint, vel in
eis

eis habeant sepulchrum Ma-
 jorum. *Congreg. Episc. apud*
Peyrin. de Privil. Regul. in
sine Operis, Decreto 17. Et
etiam apud Mancin. in Pract.
visit. Infirm. in brevi tract. de
Sepult. dub. 16. ubi preceden-
tem etiam habet Decisionem
ejusdem Congregat. 1587. 27.
Octob. in una Fogliana quam
refert quoque Gavan. ver. Se-
pultura, n. 7. § Vide supra quoad
ad sepulturam n. 504. & infra
n. 572. & seqq. § Quoad Fi-
lios vide item supra n. 339. &
& infra n. 579.

1640. 30. Octob. - Non potest § 114
 Episcopus prohibere Cura-
 to, ne administer Viaticum
 Infirmis sine sua licentia.
Ead. apud Nicol. verb. Infir-
mus, num. 1.

1641. 19. Jun. Parochus uni- § 124
 us Diœcesis non potest
 U 6 Cone

Confessiones audire in alia
Diœcesi sine licentia Episco-
pi Diœcesani. *Congr. Conc.
apud eumd. ver. Parochus,
num. 22. †*

1641. 25. Maii. - Non potest §13.
Parochus quidquam accipere
pro publicandis resignationi-
bus, & permutationibus Be-
neficiorum, Monitoriis, &
Clericorum Patrimoniis. *Ead.
in una Albiganen apud eumd.
ver. Gratia num. 2. †*

1641. 13. Sept. - Dum Curatus §14.
Excommunicatione ligatur,
ponendus est Oeconomus
cum congrua fructuum assi-
gnatione ad Curam Anima-
rum exercendam, *Congreg.
Episc. apud Nicol. ver. Ex-
communicatio, num. 20.*
§ Parochus censura excom-
municationis, suspensionis,
vel interdicti ab ipso jure lata
inno-

innodatus, qui non sit notorius percussor Clerici, aut ab Episcopo denunciatus potest ad evitanda scandala ante absolutionem (præmissa tamen contritione) Sacramenta Fidelibus administrare, si ab his fuerit requisitus, neque alius adsit, qui æquè utiliter ministraret *Conc Constant. & Extravag. Martini V. apud Engel in Mancin. Paroch par. 3. num. 7.*

1641. 7. Dec. - Non licet in media nocte Nativitatis Dominicæ celebrare successivè alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere Fidelibus illam deposcentibus, sed utrumque omnino prohibitum. *Congr. Rit. apud Lantusca in Theatro Regul. ver. Missa, num. 5. apud Matthæus. in Offic. Cur. Reg. tom.*

U 7

1. cap.

1. cap. 12. num. 46. ubi ajunt,
sic postea decisum fuisse 1664
20. Aprilis.

1642. 21. Jun. - Vicarii amovi. § 16.
biles deputati ad nutum Ca-
pituli pro exercitio Curæ,
prævia Episcopi approbatione,
non possunt ab Episcopo amo-
veri, nisi ex causa legitima,
& probata, propter quam et-
iamsi essent perpetui, amoveri
possunt. *Rota apud Nicol. in
Flosc. ver. Cura Animar. nu.
15. in fine, ex Fagnan. cap. Ad
Monasterium de statu Mona-
chor. num. 39.*

1644. 16. Jan. - Si Decimæ, vel § 17.
fructus pro Missarum cele-
bratione, aliisque oneribus
assignati, sine culpa recipi-
entium exigi non possunt fa-
ctis diligentis, non tenentur
ad onera pro eo tempore.
Congr.

Congr. Conc. in una Ferrari-
en. apud eumd. ver. Missa, n.
10. § Vide supra num. 476.
& infra num. 524.

1645. 7. Febr. - Regulares Pri- 518.
vilegia Apostolica habentes
non possunt prohiberi ab Or-
dinariis Locorum, ut à Do-
minicam in Albis inclusive
non valeant administrare Sa-
cramentum Pœnitentiæ. *In-*
noc. X. apud Poncium cursu
Theolog. disput. 46. quest. 9.
num. 121. relatum à Mattheo
ac. in Offic. Cur. Reg. tom. 2.
cap. 20. num. 2.

1645. 26. Maii - Quando Po- 519.
pulus convenire non vult ad
electionem Officialis alicu-
jus Ecclesiæ secundum soli-
tum, datur (alicubi) Episco-
po facultas eligendi *Congr.*
Episc. apud Nicol. ver. Electio,
num. 11.

1645.

1645. 9. Sept. - Curatus non §20.
excusatur à residentia ex eo,
quòd sit Subcollector. *Ead.*
in una Neapolitana apud
eumd. ver. Cura Animarum.
num. 10. § Vide supra n. 487.
& infra n. 525.

1645. 29. Sept. .. In casibus mo- §21.
ralis necessitatis pro Infirmis,
vel aliis, præsertim extra Ec-
clesiam, possunt audiri Con-
fessiones sine Cocta, & sine
Stola. *Ead. apud eumd. ver.*
Confessarius, n. 18.

1645. 6. Octobr. - Infirmi con- §22.
fiteri possunt cuilibet Con-
fessario approbato, qui relin-
quere debet ibi schedulam
pro notia Parochi. *Ead. in*
una Anconitana apud eumd.
ibid. num. 27. § Vide supra
num. 329, & infra numer.
596.

1645.

1645. 7. Dec. - Auditor Came- 523.
 ræ inhibere non potest Epi-
 scopo, ne procedat contra
 Curatum non residentem,
 neque Ordinario præcipere,
 ut admittat resignationem.
Ead. apud Nicol. verb. Au-
ditor, num. 3. § Vide supra
num. 520.

1646. 21. Febr. - Regulares 524.
 omnes, etiam Societatis Je-
 su in Regno Poloniæ existen-
 tes tenentur solvere. Paro-
 chis, & aliis Beneficiatis De-
 cimas, quæ solvebantur à
 Laicis, priusquam bona in
 ipsorum Regularium pro-
 prietatem fuerunt translata,
 juxta Decretum Congrega-
 tionis Concilii editum anno
 1645. die 17. Junii. *Innoc.*
X. apud Cherub. in Bullar.
tom. 4. Constit. 10. quæ inci-
pit. Nuper. § Vide supra
num.

num. §17. & infra numer.
555.

1646. 2. Mar. - Oblati extra §25.
Claustra degentes, tenentur
in Paschate communicare in
Parochia. Congr. Episc. apud
Nicol in Flosc. ver. Pascha,
num. 7. § Vide supra num.
418.

1646. 14. Apr. - Parochi non §26.
sunt deputandi in Subcolle-
ctores, nec in Commissarios.
Congr. Conc. apud eumd. ver.
Exemptio, num. 7.

1646. 20. Maii. - Curati Reli- §27.
gionis Hierosolymitanæ te-
nentur intervenire Oleorum
consecrationi, si alii Curati
teneantur. Congreg. Episc.
in una Faentina apud eumd.
ver. Hierosolymitani, num.
9.

1646. 15. Jun. - Porta, per §28.
quam ab Ecclesia itur in Do-
mum

num privatam, est muro ob-
struenda. *Ead. apud Nicol. ver.*
Porta, num. 4.

1646. 1. Jul. Licet Capitulis, §29.
quoties Defunctorum fune-
ra ad Ecclesias etiam Regu-
larium comitentur, ingredi
Ecclesiam, atque in illa su-
per ipso Corpore Psalmum
Miserere, vel *De profun-*
dis cum Versiculo, Respon-
sorio, & ratione super De-
functio recitare, vel decan-
tare, sed sine Stola, & sine
Pluviali. *Congr. Episc. apud*
eumd. ver. Sepultura, num.
17.

1646. 31. Aug. Oeconomus, §30.
sive substitutus deputari de-
bet ad satisfactionem, & con-
tentamentum Rectoris, ma-
ximè si deputetur propter
ejus infirmitatem, vel ali-
ud justum impedimentum.
Ead.

Ead. apud eumd. ver. Cura Animar. num. 4.

1646. 7. Dec. - Translatio one- § 31.
rum Missarum, Oratorio,
vel Capellæ angustiori reli-
ctorum fit ad Matricem, seu
Parochialem, & non aliò.
*Congreg. Episc. apud Nicol.
in Flosc. ver. Missa, num.
19.*

1646. 14. Dec. - Super fructi- § 32.
bus Parochialium vacantium
assignanda est ab Episcopo
congrua merces ipsarum Oe-
conomis à scutis quinquage-
genis ad centenam pro singulis
annis, secundum qualitatem
Ecclesiarum. *Ead. apud eumd.
ver. Oeconomus, n. 8.*

1647. 27. Mar. - Quando pro § 33.
Parochiis vacantibus non in-
veniuntur Presbyteri Sæcula-
res idonei, possunt ibi poni
regulares; non in titulum,
seu

seu Vicariam, sed ad nutum amovibiles, vel tanquam Oeconomus, & maximè ex iis, qui reformationem recipere nolunt. *Ead. apud eumd. ver. Cura Anim. n. 13.*

1647. 2. Aug. - Oeconomus, §34.
sive Substitutus in Cura, postquam sibi assignata fuerit merces competens, prætere-
dere non potest etiam incerta. *Congr. Episc. apud eumd. ibid. n. 9.*

1648. 19. Jun. - Si aliqua Ecclesia constituta sub Parochia erigatur in Parochialem, concedi solet in ea Fons Baptismalis ob distantiam, etiam invitis Parochis. *Congreg. Conc. apud Nicol. in Flosc. ver. Baptismus, n. 9.* §35.

1648. 20. Nov. - Non est eadem §36.
die celebrandum idem Festum in duabus Ecclesiis vicinis,
sed

sed moderna debet eligere aliam diem. *Ead. in una Sabinen. apud eumd. ver. Festum, num. 5.*

1649. 15. Jul. - Parochi compellantur ab Episcopo ad sua munia exequenda, etiam ad functionem Jovis, & Sabbati Sancti, non obstante quod sint Subcollectores. *Congr. Episc. apud Nicol. in Flosc. ver. Parochus, num. 26.* §37.

1649. 23. Jul. - Parochus tenetur diebus Dominicis, & festivis de praecepto celebrare etiam in Parochiis univris, & si non potest habere Capellanium, alternatim, ac pro Parochianis, non pro aliis Sacrificium applicare saltem semel in Hebdomada. *Congr. Conc. in una Perusina apud eumd. ib. num. 34. ubi plura Decreta ad hanc rem.* §38.

1649,

1649. 27. Octob. - Parochus in 539.

Concionibus caveat ab allegatione Doctorum, & Auctorum modernorum, præsertim viventium. *Congr. S. Offic. apud eund. ver. Prædicator, num. 28. § Vide supra num. 473. & infra num. 612.*

1650. 6. Apr. - Ad Parochialem 540.

approbato non sunt negandi Ordines ab Episcopo absque legitima causa multum relevanti. *Congr. Episc. apud eund. ver. Ordo, num. 5.*

1651. 27. Mar. - Parochialium 541.

Ecclesiarum Rectores non possunt majorem eleemosynam exigere pro Defunctis in Ecclesiis Regularium sepeliendis, quam eis salveretur, si in propriis, vel aliis sæcularium Ecclesiis sepeliri deberent. *Ead. apud Nicol.*

in

in Flosc. ver Sepultura, num.
 25. § Hoc postea constituit
 Clemens X. 1072. 18. Jan.
in Bullar. tom. 5. Constit. 58.
quæ incipit Aliàs. § Vide su-
pra n. 505.

1651. 28. Apr. - Funus comi- 542.
 tantes non permittantur ex-
 pectare per viam, vel ad Do-
 mum Defuncti, non obstan-
 te contraria consuetudine,
 vel non obstante, quod non
 adesset Clerus, sed solus Pa-
 rochus. *Congr. Rit. in una*
Civitatis Castellæ, apud eumd.
ibid. n. 10. †

1652. 17. Maii. - Non est exer- 543.
 cenda Cancellaria per Sacer-
 dotes, præsertim Curatores,
 nisi propter necessitatem, &
 per modum provisionis. *Con-*
gr. Episc. apud Nicol. in Flosc.
ver. Cancellarius, n. 1.

1652,

1652. 2. Aug. • Curatus non 544.
 potest esse Monialium Con-
 fessarius, si exinde Cura no-
 tabiliter pateretur. *Ead. apud*
eumid. ver. Confessarius, num.
33. ubi aliæ notantur præce-
dentes Decisiones. § Vide su-
pra num. 313.

1652. 17. Aug. - Pensionarii, 545.
 etiam Regulares, tenentur
 contribuere Seminario. *Con-*
gr. Episc. in una Tropien.
apud ver. Seminarium, num.
4. † § Vide supra num. 266.
& infra n. 549.

1652. 14. Octob. - Regulari- 546.
 um Superiores infra termi-
 num sex Mensium dimittant
 realiter coram Ordinariis Lo-
 corum possessionem corpora-
 lem Conventuum intra fines
 Italiae, & Insularum adjacen-
 tium, in quibus ob parvum
 Religiosorum numerum Re-

gularibus disciplina seruari non potest, eoque termino elapso non liceat Regularibus in huiusmodi Ecclesiis Missas, & Divina Officia celebrare, Confessiones Sacramentales audire, alia Sacramenta administrare, functiones Parochiales exercere, & Mortuos sepelire. *Innoc. X. apud Cherub. in Bullar. tom. 4. Constit. 27. quæ incipit Instanda.*

1652. 15. Octobr. - Cura Animarum, si qua illis Conventibus immineat, per Presbyteros Sæculares idoneos ab ipsis Ordinariis approbandos laudabiliter exercatur Ecclesieque debito non fraudentur servitio & Missarum onera adimpleantur. *Idem apud eumd. ibid.*

PRO PAROCHIS.

483.

1653. 28. Nov. - Confrater-
nitates possunt erigere, &
ampliare suas Ecclesias, vel
Oratoria sine præjudicio ju-
rium Parochialium, dum-
modo Ecclesia antiqua es-
set angusta, & incapax;
non tamen possunt mutare
titulum. *Congr. Episc. apud
Nicol. in Flosc. ver. Confrater-
nitas, num. 15.*

548.

1653. 29. Nov. - Quando duæ
Civitates, seu Dioceses
sunt invicem unitæ, Bene-
ficia unius, in qua non ex-
istit Seminarium, non te-
nentur contribuere Semina-
rio alterius. *Congreg. Conc.
in una Valuen. & Salmonen.
apud eumd. ver. Seminarium,
num. 7. § Vide supra num.
545.*

549.

1655. 1. Octob. - Si Episco-
pus propter litem suder Juspa-

550.

X 2 tro-

tronatum recuset præsentatum
 examinare, id pro illa vice
 committi solet alicui Episcopo
 vicino sine partium præjudicio.
*Congreg. Episc. in una Asculana apud eumd.
 ver. Parochus, n. 25.*

1657. 9. Jun. - Potest Episcopus
 in Parochialibus Monachorum
 exemptorum Sacramentum
 Confirmationis administrare,
 invitatis ipsis Regularibus,
 & contra eos hujusmodi
 administrationem impediens
 censuris procedere.
*Congr. Conc. in una Brixien.
 apud Nicol. in Flosc. ver. Chrisma,
 n. 3. in fine.*

1658. 6. Jul. - Sponsalibus
 validis ab initio contractis,
 deinde verò mutuo consensu
 dissolutis non est sublatum
 impedimentum justitiæ publicæ

publicæ honestatis. *Ead. apud eumd. ver. Sponsalia, n. 6. † §. Vide supra num. 59.*

1658. 10. Dec. . Domus Pa- 553.
rochi, iicèt non adhæreat Ec-
clesiæ, gaudet tamen immu-
nitate. *Congr. Immunitatis in
una Forlimpopuli apud Mathæ-
uc. in Offic. Cur Regul. tom. 2.
cap. 4 num. 31. ex Pignatel.
Consult. 463.*

1659. 24. Jun. - Non licet in Ec- 554.
clesiis, in quibus non asserva-
tur SS. Sacramentum, cele-
bratio Missæ in Feria quinta
in Coena Domini, nec ejus-
dem Augustissimi Sacramen-
ti asservatio in Sepulchro.
*Congr. Rit. apud eumd. tom.
1. cap. 12. num. 47.*

1659. 15. Nov. . Bona, & Præ- 555.
dia, quæ dum à Laicis possi-
debantur, Decimarum solu-
tioni erant obnoxia, ad Regu-
larium

larium Monasteria debent
 cum suo onere transire, ac
 propterea Regulares tenen-
 tur illas solvere Parochiali-
 um Ecclesiarum Reçtori-
 bus, quemadmodum tene-
 bantur Laici, priusquam
 Bona ipsa in Monasterii
 proprietatem transtulissent.
*Congreg. Conc. in una Came-
 rinen. apud Nicol. in prax.
 Jur. Can. lib 3. tit. 3. relatum
 à Matthæuc. loc. cit. cap. 10.
 num. 27. § Hoc etiam an-
 tea decreverat ead. Congr.
 in una Polonien. seu Craco-
 vien. 1645. 17. Jul. apud Pi-
 gnatel. tom. 1. Consult. 356.
 citatum ab eod. Matthæuc. ib.
 & plures etiam habet Deci-
 siones Barbosa de potest. Pa-
 roch. par. 3. cap. 28. §. 3. n. 43.
 § Vide supra n. 5 24.*

1660. 30. Apr. - Officium su- 556.
 per Cadaveribus in Ecclesiis
 Regularium spectat ad ipsos
 Regulares, non autem ad
 Curatos Defunctorum, non
 obitante contraria consuetu-
 dine, prout decrevit Congr.
 Rit. 1638. 27. Novembris.
*Alex. VII. in Bullar. tom. 5.
 Constit. 95. quæ incipit Alias.
 § Hoc antea decreverat Con-
 gr. Episc. 1657. 31. Aug. &
 1671. 27. Nov. quæ quidem
 Decreta confirmavit Clemens
 X. Januar. in eod. tom. Bullar.
 Constit. 57. quæ incipit Nuper.
 § Plures etiam habet Decisio-
 nes Barbosa de potest Paroch.
 cap. 27. num. 82. & plures
 quoque Mancin. in Pract. visit
 Infirm. in brevi tract. de Se-
 pult. dub. 5. § Vide supra nu-
 347. infra n. 558.*

1660. 30. Apr. - Defunctorum 557.

Cadavera in Ecclesiis Regularium, ab ædibus Defunctorum ad eorundem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè possunt monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parocho, à quo benedictionem, & ultimum *Vale* recipere possent: quo venire expressè recusante, possint iidem Fratres, etiam ipso invito, dicta Cadavera ad suas Ecclesias transportare, Consanguinei verò talium Defunctorum illis pareate in Parochialibus, & aliis Presbyterorum, etiam in Cathedralibus nullo modo possint. Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, &

7. & interim præsens Decretum ad unguem servetur. *Idem ibidem.* § Vide supra num. 326.

1660. 30. Apr. - Quoties Ca. 558. daveria Defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia Mortuorum, & reliqua, quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus obiri, & peragi debent, juxta Decretum Congregationis Concilii. *Idem. ibidem.* § Vide supra n. 556.

1660. 30. Apr. - Electio, & 559. numerus Religiosorum pro associandis Cadaveribus, ad libitum, Hæredum Defunctorum spectat, & pertinet, & ita ubique servetur, prout
X 5 antea

antea decrevit Congr. Rit.
1649. 14. Januarii. *Idem ibi-
dem.* § Vide supra num. 353.
& infra n. 571.

1662. 5. Aug. - Non sunt 560.
transferendæ Missæ privatæ
de *Requiem*, quæ ex Benefa-
ctorum præscripto celebra-
ndæ incidunt in Festum du-
plex, sed dicendæ sunt de
Festo currenti cum applica-
tione Sacrificii juxta men-
tem Benefactorum. *Alexan-
der VII. apud Lantusc. in Theat.
Regul. ver. Missa, num. 6. &
apud Matthæuc. in Offic. Cur.
Reg. tom. 1. cap. 6. num. 8.
& refert etiam Gavan. in fi-
ne primi Tomi novissimè im-
pressi.*

1663. 4. Aug. - Passio in Heb. 561.
domada majori legenda est
in Missis privatis in cornu
Evangelii licet in Missa so-
lemni

lemni legatur à Celebrante
in cornu Epistolæ. Congr.
Rit. apud Gavan. noviter im-
pressum, tom. 2. ante tabul.
prim. Ordin. perpet. ad I.

1663. 4. Aug - Non solùm 562

Cruces, & Imagines Salva-
toris, sed etiam Icones Alta-
rium, & omnes aliæ Imagi-
nes Sanctorum tegendæ sunt
in primis Vesperis de Domi-
nica Passionis. Ead. apud
eumd. ibid. ad II.

1663. 4. Aug. • Sacrificia in 563

die Commemorationis o-
mnium Fidelium Defuncto-
rum possunt applicari ad li-
bitum, scilicet, tum in gene-
re pro omnibus, tum etiam
in specie pro aliquibus De-
functis. Ead. apud eumd. ibid.
ad IX.

X 6 1664.

1662. 22. Nov. - Anniversaria, § 64.
 & Missæ de *Requiem*, quæ ex
 dispositione Testatorum cum
 cantu sunt quotannis cele-
 brandæ, possunt cantari, eti-
 amsi ipsorum obitus Dies in-
 ciderit in Festum duplex ma-
 jus. Congr. Ri. in una Nova-
 rien. approbante Alex. VII. a-
 pud Matthæuc. loc. cit.

1665. 24. Sept. - Congre - § 65.
 gatio Inquisitionis coram A-
 lexandro VII. sequentes da-
 mnavit Propositiones, qua-
 rum prima, cæteris omis-
 sis: *Duplicatum stipendium potest*
Sacerdos pro eadem Missa li-
cet accipere, applicando pa-
tenti partem etiam specialissi-
mam fructus ipsimet Celebran-
ti correspondentem, idque
post Decretum Urbani Octavi.
 In Bullar. tom. 5. Constitut.

162,

162. præf. Pontif. quæ incipit
Santissimus, num. 8. § Vide
supra n. 424.

1664. 24. Sept. - Secunda: 566.
Post Decretum Urbani potest
Sacerdos, cui Missæ celebra-
dæ trapuntur, per alium satis-
facere collato illi minore sti-
pendio, alia parte stipendii si-
bi retenta. Ibidem, num. 9.
§ Vide supra n. 426.

1665. 24. Sept. - Tertia: Non 567.
est contra justitiam pro pluri-
bus Sacrificiis stipendium acci-
pere, & Sacrificium unum of-
ferre: neque etiam est contra
fidelitatem, etiamsi promit-
tam promissione etiam jura-
mento firmata, danti stipendi-
um, quod pro nullo alio offe-
ram. Ibidem, n. 10.

1665.

1665. 24. Sept. - Quarta: Qui 568.

Beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. Ibidem, num. 10. § Vide infra num. 610.

1665. 24. Sept. - Quinta: Re- 569.

stitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus non debetur in Conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eò quod sit pœna. Ibidem, num. 20. § Vide supra num. 61.

1665. 24. Sept. - Sexta Habens 570.

Capellaniam collativam, aut quoduis aliud Beneficium Ecclesiasticam, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet. Ibidem, num. 21.

1665.

1665. 27. Dec. - Non sunt à 571.

Parochis cogendi, & Compellendi Defunctorum Hæredes, ut si duodecim (ver gr.) Fratres vocent ad associandum Cadaver, totidem omnino pares numero Clericos Saculares vocare debeant. *Congregat. Conc. in una Papien. apud Matthæuc. in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 25. n. 15. § Vide supra num. 559. & infra nu. 626.*

1666. 13. Febr. - Electio Se- 572.

pulturæ, quam quis sive sanus, sive infirmus eorum Parocho elegit, est valida dummodo Parochus non testetur ad proprium commodum. *Ead. apud eumd. tom. 2. cap. 21. num. 4. ad l. ex Pignatel. tom. 1. Consult. 17. § Vide supra n. 510. & infra num. seqq.*

- 1666,

1666. 13. Febr. - Ad valitatem §73.
electionis Sepulturæ non re-
quitur necessariò Testamen-
tum. *Ead. apud eumd. ibid.*
ad II.

1666. 15. Febr. - Electio Sepul- §74.
turæ, quando ipsa eligitur
per Testamentum factum in-
vita, & non in morte, non est
nulla. *Ead. apud eumd. ibid.*
ad III.

1666. 13. Febr. - Qui habet §75.
Capellam suæ Familiæ cum
propria Sepultura, aut Capel-
lam erexerit cum Sepultura,
propria, moriens absquæ Se-
pulturæ electione, non est
sepeliendus in Cathedrali.
Ead. apud eumd. ibidem ad
IV.

1666. 13. Febr. - Electio Se- §76.
pulturæ facta coram duobus
Testibus est valida, *Ead. apud*
eumd.

*eumd. ibid. ad V. § Vide supra
num. 328.*

1666. 13. Febr. - Sepulturæ e- 577.

lectio facta per nutus, & signa
in casu, quo quis loqui non
possit, est valida, dummodo
suffICIENTER constet de volun-
tate eligentis. *Ead. apud e-*
eumd. ibid. ad VI.

1666. 13. Febr. - Confratres 578.

Sodalitatum, non electa Se-
pultura, non sunt sepeliendi
in Sepulchro suæ Ecclesiæ.

*Ead. apud eumd. ibid. ad
VII.*

1666. 13. Febr. - Si Sepultura, 579.

quæ jure præsumitur, non
fuerit electa, Uxori in Sepul-
chro ultimi Viri sepeliatur,

Filii verò in Sepulchro Majo-
rum, Servi autem in Paro-
chia. *Ead. apud eumd. ibid.*

*ad VIII. § Quoad Uxorem
Congregatio Rituum in una
Se-*

Se-

Senogalliensi idem decreve-
rat anno 1633. 15. Januarii,
etiamsi tale Sepulchrum ex-
istat extra Parochiam, ubi
ipsa mortua est, ut referunt
Barbosa de potest. Paroch. par.
3. cap. 26. num. 28. & Manc.
in Pract. visit. Infirm: in bre-
vi tract. de Sepult. dub. 21.
ubi dub. seq. ait, sepelien-
dam esse in Sepulchro ulti-
mi Viri etiam ex *cap. ult. de*
Sepult. in 6. § Quoad verò
Filios vide supra num. 339. &
510.

1666. 13. Febr. - Ex eo, quod § 80.
quis post mortem mandat
suum Corpus indui habitu
Tertiariorum, non ideo
sepeliendus est in Ecclesia
Regulari. *Episc. apud ibid.*
ad IX. § Vide supra num.
90.

1666.

1666. 16. Mar. - Congrega - 581.
tio Inquisitionis coram Ale-
xandro VII. sequentes da-
mnavit Propositiones, qua-
rum prima, cæteris omis-
sis: *Restitutio fructuum ob
omissionem Horarum suppleri
potest per quascumque elee-
mosynas, quas antea Bene-
ficiatus de fructibus sui Be-
neficii fecerit.* In Bullar. tom.
tom. 5. Constitut. 167. præf.
Pontif. quæ incipit *Sanctissi-
mus*, num. 33. § Vide supra n.
61. & n. 62.

1666. 18. Mar. - Secunda: An- 582.
num legatum pro Anima re-
lictum, non durat plus quàm
per decem Annos. Ibidem, n.
43.

1667. 22. Jan. - Missæ de Fe- 583.
sto duplici celebratæ in Alta-
ri Animabus perpetuò Privi-
legiato, & in quo proinde
quo-

quotidie, etiam in duplici-
 bus celebrandæ essent Missæ
 de *Requiem* ex obligatione,
 suffragantur, ac si celebratæ
 fuissent pro Defunctis juxta
 formam Privilegiorum. *Ale-*
xander VII. in Bullar. tom. 5.
Constit. 1676. quæ incipit
Creditæ, & referunt etiam
Lantusca in Teatro Regul. in
supplem. ver. Missa, num. 2.
& Matthæuc. in Offic. Cur.
Regul. tom. 1. cap. 6. n. 8. §
 Vide infra num. 595.

1668. 13. Sept. - Parochi sæ-584
 culares, & Regulares in Re-
 gnis, Provinciis, & Regio-
 nibus Indiarum Orientalium
 degentes, nullo pacto cogant
 in posterum pauperes ad o-
 peras, seu laborem impen-
 dendum pro suis Ecclesiis, non
 persoluta justa mercede, nisi
 id

id sponte, & ex pietate præ-
stare voluerint: multòque
minus audeant eos mulctare,
qui renuerint. *Clemens IX. in
Bullar. tom 5. Const. 38. quæ in-
cipit In excelsa,*

84. 1668. 13. Sept. - Cum iis, qui § 85
Sacro, aut catechesi Doctri-
næ Christianæ non interfue-
rint (si mos sit eos, ut suppo-
nitur, aliqua pœna mulctare)
ea moderatione se gerunt, ut
nonnisi verè contumacibus,
& contemnentibus, eaque
modica, nec crebrò irroge-
tur. *Idem, ibidem. § Vide su-
pranum. 363.*

1668. 13. Sept. - Instruat Po § 86
pulum omni, qua decet, le-
nitate, abstinentes omnino
à ferula, & à verbis indecen-
tibus, maximè si cum Mulie-
ribus, Viris Nobilibus, seu
ætate

ætate provectis agitur. *Idem,*
ibidem.

1668. 13. Sept. - Caveant præ- §87.
dicti Parochi tam Sæculares,
quàm Regulares ullo modo
se ingerere in rebus spe-
ctantibus ad politiam sæcu-
larem, nec ullam ad offi-
cia publica proponant, quam-
vis aptior cæteris videatur,
nec unquam interfint Comi-
tiis, aut Conventibus, ubi
bi de rebus publicis agitur.
Idem, ibidem.

1668. 13. Sept. - Ægrotis mor- §88.
ti proximis, cujuscumque
sint conditionis, quamvis in
fordido, ac vili degant loco,
aut tugurio, Sacrum Eucha-
ristiæ Viaticum daferatur,
cùm apud Deum nulla sit
acceptio Personarum, ac
pro nostra salute non sta-
bulum,

stabulum, nec Crucis ignominiam exhorruerit. *Idem, ibidem.*

1668. 13. Sept. - Ne ob in-589.
instructionis defectum, qui
sacro Baptismate initiantur,
immaculatam Christi legem
prophanis, ac gentilitiis
institutiis ex ignorantia fœ-
dent, ac idololatriam cum
Orthodoxa Fide confundant,
ut sæpè inibi evenire enun-
ciatum est; caveant ii, qui
iisdem instruendis incum-
bunt, ne in posterum ul-
lus ad Baptisma admittatur,
qui veterem hominem, ac
Gentilitios mores prorsus
exutus, Christum plenè
non induerit, & in Fide
sit sufficienter instructus.
Idem, ibidem.

1668.

1668. 13. Sept. - Cadavera 590.
 pauperum Fidelium gratis o-
 mnino posthac à Parochis Se-
 pultura tradantur, nec ad ex-
 torquendam, aut emendican-
 dam à vicinis, vel affinibus
 eleemosynam publicè expo-
 nantur. *Idem, ibidem.* § Vide
 supra num. 354.

1668. 13. Sept. - Regularium 591.
 Superiores sedulò curent, ut
 Parochi extra Conventus in
 prædictis Regionibus com-
 morantes, Regularis obser-
 vantia specimen cunctis ubi-
 que præbeant, eosque idcir-
 co ad Claustra, & Regula-
 rem disciplinam aliquando
 revocent, ne Regulari insti-
 tuto paulatim exfolescente,
 dum aliis incumbunt, se ipsos
 amittant, ac demum in de-
 structionem potius, quàm
 ædificationem Populorum
 missi

missi videatur. *Idem*, *ibidem*.

1668. 13. Sept. - Parochi non § 92.
 naturales illarum Partium,
 sive Regulares, sive Sæcula-
 res sint, tenentur omnino
 habere apud se Capellanum
 natalibus, origine Indum
 pro Confessionibus audien-
 dis, & diebus festis horta-
 tionibus ad Populum lingua
 vernacula habendis, ne tali
 auxilio destituti, in ea, qua
 initiati sunt, Orthodoxa Fi-
 de langueant, ac paulatim
 deficient, iisque pro susten-
 tatione, & labore, ubi Po-
 pulus ipse id spontè non præ-
 stiterit, congruum suppedi-
 tent stipendium. *Idem*
ibidem.

1668. 13. Sept. Præcipitur iis- § 93.
 dem Parochis, cæterisque
 X qua-

quarum cunque Ecclesiam Superioribus, ut nedum Sacerdotes indigenas in eorum Ecclesiis celebrare volentes Sacerdotes indigenas in eorum Ecclesiis celebrare volentes non arceant, verum etiam per urbaniter excipians, quo frequentius illuc reque Christianam charitatem omnes æquis Officiis amplexari, *Idem, ibidem.*

1668. 13. Sept. - Ut verò 594.
Fides adhuc in iis Regionibus pubescens, litterarum alimento coalescat, & Pueri reddantur idonei ad res Ecclesiasticas percipiendas, iisdem Parochis, & maxime Pagarum, & Viillarum injungitur, ut eos vel per se, vel per Cappellanos naturales, si tales ipsi non sunt, ultra

tra Fidei Christianæ rudimenta, Grammatices etiam institutionem, cæterasque artes liberales, quoad fieri potest, edoceant. *Idem, ibidem.*

1669. 23. Sept. - Decretum 595.
superius positum n. 583. extenditur etiam ad Altaria non in perpetuum, sed ad Altaria non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum Hebdomadæ diebus Privilegiatæ, ac proinde Missæ de Festo duplici, quæ sive ex obligatione, sive ex sola Fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, prout in Decreto supra cito. *Clemens IX. in Bullar. tom. 5. Constit. 39. quæ incipit Cum felicis,*
E

Et referunt etiam Gavant.
 noviter impressus in fine to-
 mi primi, ac Lantusca in
 Supplem. ad Theatr. Regul.
 ver. Altar. Privileg. nec non
 Matthæuc. in Offic. Cur. Re-
 gul. tom. 1. cap. 6. numer.
 11. § Vide infra numero.
 606.

1670. 21. Jun. - Regulares se^s 596.
 mel simpliciter approbati
 possunt in Diocesi Episcopi
 approbantis quovis anni tem-
 pore, etiam Paschali, &
 quorumcumque Infirmorum
 confessiones audire sine li-
 centia Parochi, quem tamen
 monere debent de Confes-
 sione audita saltem per
 Scripturam apud Infirmum
 relinquendam, ad quod præ-
 cipi possunt ab Episcopo sub
 poena suspensionis à faculta-
 te

te audiendi Confessiones.
 Clemens X. in Bullar. tom. 5.
 Constitut 7. quæ incipit Su-
 perna, & referunt etiam Ga-
 van. in addit. ad Man. E-
 pisc. sub num. IV. & Mat-
 thæuc. in Offic. Curie Regul.
 tom. 2. cap. 15. numer. 5. §.
 10.

¶ Quoad admonitionem Pa-
 rochi hoc idem decreverat
 Congr. Conc. 1587. 2. Jul.
 apud Quaranta in Sum. Bull.
 ver. Privil. Regul. § Vide
 etiam supra n. 175. & infra n:
 seqq.

1670. 21. Jun. - Qui Regula- 597
 ribus simpliciter approbatis,
 Paschali tempore confessi
 fuerint, Constitutioni, quæ
 incipit *Omnis utriusque sexus*,
 quoad confessionem dumta-
 xat satisfecisse censeantur.

¶ 2

Idem,

Idem, ibidem. §. Sic antea decreverat Leo X. 1516. 19. Dec. apud Cherub. in Bullar. tom. 1. Constit. 22. quæ incipit Dum intra, §. 6. & refert etiam Quaranto loco cit. & Peyrin. de Privil. Reg. tom. 1. Constitut. 26. ejusd. Pontif. nec non Matthæuc. ibid. num. 1. §. 4.

1671. 19. Dec. - Defunctorum 598.
 Corpora in Ecclesiis Regularium tumulanda, deferenda sunt certo tramite, & per viam à Parocho declarandam, ad Ecclesiam ipsorum Regularium, non autem prius ad Parochialem, etiam Hæredibus Defunctorum contradicentibus, & ad dictam Parochialem prius deferri volentibus. Congreg. Rit. apud Matthæuc. tom.

tom. 1. cap. 25. n. 26. ¶ Vide
supra n. 166.

1675. 13. Jul. - Possunt Cada- 599.
vera deponi arbitrio Hære-
dum in qualibet Ecclesia us-
que ad tempus illa Proces-
sionaliter deferendi ad Eccle-
siam Sepulturæ, non ob-
stante dissensu Parochi, seu
prohibitione ab eodem fa-
cta uti Vicario Foraneo, à
quo tamen petenda est licen-
tia, licet non obtineatur:
Servanda tamen est Synodus
quoad tempus humationis.
*Congreg. Rit. in una Senogal-
lien. apud Matthæuc. in Offi.
Cur. Reg. tom. 1. cap. 25. n.
1. ad 1. § Vide supra num.
445.*

1675. 13. Jul. - Illatis Cadave- 600,
ribus privatè ab Hæredibus ad
Y 4 ali-

aliquam tertiam Ecclesiam per modum Depositi, Regulares congregari debent in illa Ecclesia tertia, ubi Cadaver fuit depositum, & non in Parochiali, ad effectum illa associandi ad Ecclesiam, ubi sunt tumulanda. *Ead. eumd. ibid. ad II. §. Vide supra numer. 338.*

1675. 13. Jul. - Cadavera se- 601.
pelienda in Ecclesiis Regularium, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur, non debent prius asportari ad Parochialem, & in ea permanere ad aliquod tempus *Ead. apud eumd. ibid. ad III.*

1675. 13. Jul. - Regulares non 602.
sunt cogendi ad exeundum à propriis Ecclesiis ad effectum associandi Cadavera in eisdem
se-

sepelienda, sed sufficit, quod
illa expectent ad januas.
*Ead. apud eumd. ibid. ad
IV.*

1675. 13. Jul. - Vocato Paro- 603.
cho, & ipso renuente inter-
venire, vel alterum mittere,
licet Regularibus absque
Parocho deferre Cadavera in
in eorum Ecclesiis sepelien-
da, & in hujusmodi funeri-
bus nihil dandum est Paro-
cho ultra solitum. *Ead. apud
eumd. ibid. ad VI. § Vide su-
pra n. 493.*

1675. 15. Nov. - Curatus uni- 604.
us Diocesis (quæcumque sit)
in transitu Cadaveris, quod
Processionaliter desertur ad
Ecclesiam Regularium ab alia
Diocesi, transeundo per pro-
priam Parochiam, & Juris-
Y 5 dictio-

dictionem, non potest aliquam partem ceræ, & pecuniarum prætere. *Congr. Episc. apud Matthæuc. ibid. numer. 8.*

1675. 15. Nov. - Proprius Parochus Defuncti transeundo per Parochiam unius Parochi, alterius cujuscumque Diœcesis, ad effectum deferendi Processionaliter Cadaver ad Ecclesiam Regularium potest liberè, licitè per eandem cum Stola, & Cruce elevata transire, etiam irriqui sito Parocho. *Ead. apud eumd. ibid. num. 9. § Vide supra n. 464. & infra n. 627.*

1676. 23. Jun. - Clausula posita in Brevibus Indulgentiarum, scilicet: *Volumus autem,*

tem, ut si aliàs Christi Fideli-
 bus dictam Ecclesiam visitanti-
 bus aliqua alia Indulgentia
 perpetua, vel ad tempus non-
 dū elapsum duratura, concessa
 fuerit, presentes littæ nullæ
 sint non comprehendit Al-
 taria Privilegiata pro Defun-
 ctis. *Congreg. Indulgentiar.*
in una Cameracen apud Mat-
thæuc. in Offic. Cur. Reg. tom.
1. cap. 6. n. 14. § Vide supra
num. 595. & infra numer.
616.

1679. 12. Febr. - Parochi re- 607.
 darguant asserentes Commu-
 nionem quotidianam esse de
 Jure Divino. *Congr. Conc. de*
mand. Innoc. XI. in Decreto
de Commun. quotid pluribus
in locis separatim impresso, &
apud plures Auctores relato.

1679. 12. Febr. - Eucharistia 608.
 nullo modo deferenda est in
 Crumena, aut secretò ad ex-
 istentes Domi, vel cubantes
 in lecto, quàm ad Infirmos,
 qui ad illam, suscipiendam
 ad Ecclesias, seu ad Oratoria
 privilegiata accedere non va-
 leant, & ad eos, si ab Eccle-
 sia deferatur, publicè & cum
 pompa juxta formam Ritua-
 lis Romani: si verò ab Ora-
 ab Oratoria, cum forma de-
 centi. *Ead. ibid. S. In cap.
 Sane 1. de celebr. Miss. gravi-
 ter prohibitum est deferre
 Eucharistiam sine comite, ex
 Engel in Man. Paroch. par. 3.
 cap 3. num. 4.*

1679. 12. Febr. - Curent Pa-609.
 chi, ut circa Communionem
 in Feria sexta in Paratceve
 Missalis Rubericæ est Eccle-
 sia

sæ Romanæ usus serventur.

Ead. ibid. ideoque vide supra
n. 410.

1679. 12. Febr. - Ne permit- 610.
tant, ut Venialium confessio
fiat simplici Sacerdoti non
approbato ab Episcopo, vel
Ordinario, & si secus ege-
rint, sciant, Deo optimo ma-
ximo rationem reddituros,
neque defuturam Episcopo-
rum, & Ordinariorum ju-
stam, ac rigorosam animad-
versionem in contrafacien-
tes. *Ead. ibidem.* §. Vide su-
pre n. 568.

1679. 2. Mar. - Congregatio In- 611.
quisitionis coram Innoc. XI.
sequentes damnavit Propo-
sitiones, quarum prima, cæ-
teris omissis: *Qui non potest*
recitare Matutinum, & Lau-
des,

Y 7

des,

*des, potest autem reliquas Ho-
rus, ad nihil tenetur, quia ma-
jor pars trahit ad se minorem.
In libello pluribus in locis im-
presso, num. §4.*

§ Vide supra num 62.

1679. 2. Mar. Secunda: Licet 612.
*Sacramentaliter absolueret di-
midiate tantum confessos ra-
tione magni concursus Pœni-
tentium, qualis v. 8. potest
contingere in die magnæ ali-
cujus Festiuitatis, aut Indul-
gentiæ. Ibidem, num. §9.*

1681. 10. Maii. Parochi tene- 613.
*tur pro Parochianis Sacrifi-
cium applicare, atque eà
cum distinctione, ut si reddi-
tus pingues sint, singulis die-
bus: si verò tenues, saltem
diebus festiuis. Congr. Conc.
in una Lucana apud Matthæuc.
in*

*in Offic Cur. Reg. tom. 1. cap.
12. num 45. § Vide supra nu.
470.*

1682. 15. Jan. - Confessarii Re- 614.
gulres, sed non Pàrochi, de-
gentes in Conventibus, in
quibus non vivunt duo-
decim Religiosi, hortari qui-
dem possunt ab Ordinariis,
sed non compelli ad Con-
ferentiam Casuum Consci-
entia. *Congreg. Episc. apud
eumd. ibid cap. 8 num. 25.*

1682. 14. Nov. - In casu, 615.
quo Regulares ad Quartam
præstandam non teneri sub-
stineant, Parochis proba-
re incumbit quadragena-
riam consuetudinem, eosque
quadraginta annis supra pu-
blicationem Concilii Triden-
tini eam solvere consue-
visse. *Congr. Conc. in una.
Po.*

Polonien. apud eumd. tom. 2.
cap. 17. num. 4. § Vide supra
num. 468.

1688. 4. Maii. - Decreta superi- 616.
us posita num. 583. & num.
595. licet comprehendant
tantum Festa duplicia, intel-
ligenda tamen sunt etiam de
Dominicis, de diebus infra
Octavas Epiphaniæ, Pascha-
tis, Pentecostes, & Corporis
Christi, & de omnibus aliis
diebus juxta Rubricas non
possunt celebrari Missæ De-
functorum. *innoc. XI. apud*
Matthæuc. tom. 1. cap. 6. n.
13. §. Vide infra n. 630.

1690. 7. Dec. - Congregatio 617.
Inquisitionis coram Alexan-
dro VIII. sequentes damna-
vit Propositiones, quarum
Prims, cæteris omisiss: Pa-
rochianus potest suspicari de
eleemo,

eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob questum seu lucrum subsidii temporalis. In libello impresso, n. 21.

1690. 7. Dec. - Secunda: Sa. 618.
 crilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint. Ibidem, num. 22.

1690. 7. Dec. - Tertia: Simili- 619.
 ter arcendi sunt à Sacra Communionem, quibus nondum inest amor Dei purissimus. & omnis mixtionis exper. Ibidem, num 23.

1690. 7. Dec. - Quarta: Valuit 620.
 aliquando Baptismus sub hac
 forma

forma collatus, in nomine Patris, &c. prætermisiss illis, Ego te baptizo. Ibidem, num. 27.

1690. 7. Dec. Quinta: *Valet 621: Baptissmus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intus verò in corde suo apud se resoluit, Non intendendo facere, quod Ecclesia facit. Ibidem, num. 28.*

1690. 7. Dec. - Sexta: *Ubi 622, quis invenerit doctrinam in Augustinu clarè fundatam, illam absolutè potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam. Ibid, num. 30.*

1697. 27. Apr. - *Evangelium 623. pro solemni Palmarum benedictione canendum est in cornu*

cornu Epistolæ ab illo, qui celebrat abque Diacono, & Subdiacono. Congreg Rit in responsione ad Fulvium Secundum Franceschinum Cæremoniarum Magistrum Oppidi Per-tiæ Eugubina Diœcesis qui benignè ad me transmisit per-gratum Originale cum authentico præfatæ Congregationis Sigillo.

1697. 23. Nov. Caveant omnes, & singuli Ecclesiarum Rectores, ne onera, seu Missas tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquomodo suscipiant, utque id ipsum, quoad fieri poterit, pateat, in loco magis patienti, & obvio tabellam onerum retineant, in qua etiam expriment, dum opus fuerit, se aliis

aliis Missis accetandis, & celebrandis impares esse. *Congreg. Conc. apud Matthæuc. in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 12. §. 27. § Vide supra num. 428.*

1697. 23. Nov. - Præfati Eccle. 625.
 siarum Rectores teneant in Sacrario duos libros, in quorum altero onera perpetua, & temporalia, in altero vero Missas annotent manuales, sub pœna suspensionis. *Ead. apud eumbil. ibid. §. 28. § 30.*

1698. 2. Aug. - In associatione 626.
 Cadaverum ad Ecclesias Regularium non sunt vocandi omnes alicujus Ecclesiæ Mansionarii, præter Parochum. *Congr. in una Vaden. apud eumd. ibid. cap. 25, n. 9.*

§ Vi-

§ Vide supra num, 571.

1698. 2. Aug. - Parochus ingre- 627.

di non potest Ecclesias Regu-
larium cum Stola, & Cruce,
ibique Officium, & functio-
nes peragere. *Ead. apud*

eumbd. ibid. ubi plures ha-
bentur per extensum præce-
dentes Decisiones, & plures
etiam refert *Ascan. Tambur.*

de Jure Abbat. tom. 2. disput.

15. *questio 19. n. 21. & seqq.*

achabetur etiam Constitutio
95. Alexandri VII. quæ inci-
pit *Alias*, in *Bullar. tom. 5.*

nec non Constitutio 57. Cle-
mentis X. quæ incipit *Nuper.*

ibidem. § Vide supra num.
605.

1699. 21. Mar. - Regulares, 628.

obtenta à Locorum
Ordinariis licentia ore-
tenus, vel inscriptis faciendi
solemnes Processiones extra
limites

limites Conventuum suæ Religionis cum Statua, aut Reliquia alicujus Sancti, possunt uti Pluviali, licet ejus usus non fuerit expressus in licentia obtenta. *Congr. Rit. apud Matthæuc. in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 16. n. 8. § Vide supra num. 389. 452. & infra num. seqq.*

1699. 21. Mar. - Usus Pluvialis 629.
in Processionibus non est testimonium, nec signum Jurisdictionis in utente Sacerdote. *Ead. apud eumd. ibid.*

1700. 24. Jan. - Sub generali 630.
Indulgentiarum suspensione, quæ fit Anno Jubilæi, non comprehenduntur Altaria Privilegiata, nec aliæ Indulgentiæ pro solis Defunctis concessæ. *Innoc. XII. apud eumd. ibid. cap. 6. num. 17. § Vide supra num 616.*


1703.


1703. 16. Mar. . Possunt Paro 631.
 chi in audiendis Confessionibus
 absolutionem denegare
 Parentibus notabiliter con-
 tumacibus quoad Filiorum
 instructionem in rebus ad A-
 nimarum salutem spectanti-
 bus. *Clemens XI. in Littera
 Circulari ad Quartum.*

1703. 16. Mar. - Parochi utan- 632.
 tur, specialiter in Concioni-
 bus Catechismo Romano,
 Maximasque utiles, & Audi-
 torum capacitati adæquatas
 simpliciter, & clarè explicent
 ut Populus libenter audiat,
 frequenter concurrat, & fru-
 ctuosè discedat. *Idem, ibid. ad
 Quintum § Vide supra nu.*


539.


















Th
4803